

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]




Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

4,-173 Bd

(LN bis 20)

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]



BIBLIOTHECA
REGIA
HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

CARMEN
DE PASSIO-
NE IESV CHRI-
STI, SERVATORIS
NOSTRI


AD
ILLVSTRISSIMVM
PRINCIPEM IOHANNEM
SENIOREM, Ducem Sle-
ſuici, Holſatiæ &c.

ſcriptum
à
M. PETRO CREISBACHIO
Dithmarſo.

ROSTOCHII

Anno M. D. LXXV.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]



BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

IOHANNES FREDERVS.

IN IMAGINEM CHRISTI CRV= CIFIXI.

Vlnera pendentis Chriſti roſeumq́ cruorẽ
    Inſpice, qui Chriſti nomine nomen habes
Et cauſas expende necis: peccata parentum
    Et tua: nam tantæ tu quoq́ cauſa necis,
Tu ſic debueras tundi figiq́ moriq́
    Pœna premit merito quem ſua culpa premit.
Pertulit illa, tuam dum ſortem Chriſtus obiuit,
    Oblatus iuſto victima iuſta Deo.
Hinc mors victa iacet, peccatum triſte gemiſcit,
    Mors ſilet, infernus mutit, olympus ouat,
Ira Dei ſublata, Dei clementia parta,
    Reddita vita tibi, redditus omnis honos.
O Chriſto placuiſſe ſtude, conſtanter adhære,
    Et grates toto pectore lætus age.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI ET DOMINO, DOMINO IOHANNI SENIORI, HAEREDI NORVEGIAE, DVCI SLESVICENſi, Holſatiæ, Stormariæ, & Dithmarſiæ, Comiti in Oldenburg, & Delmenhorſt, Domino ſuo clementiſſimo.

O Anima illuſtris, fama celeberrime princeps,
Atq; pater patriæ Dux generoſe tuæ.
Forſitan incultam, & merito, mirabere Muſam,
Egregium cur hæc auſit adire Ducem?
Sponte mea fateor, cultu donata latino
Vix ea quæ timidus, carmina mitto tibi.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Magna quidē res eſt magnis placuiſſe, ſed exit
Pacifico maior res placuiſſe Duci.
At tu magnanime Heroum, et clariſsime princeps,
Qui pater es populi, portus & aura, tui.
Qui ſortem anteuenis meritis, virtutibus annos,
Qui ſuperas morum nobilitate genus.
Qui regis imperio tibi ſubdita pectora, iuſto,
Sic regis, vt mitis tu videare parens.
Audi magne precor princeps, nec reſpue cauſſam,
Anxia quam tremulo Pieris ore dabit.
Huc tua me pietas, huc me tua viuida virtus
Impulit, & tantum iuſsit adire virum.
Et tua Pieriis ſemper mens dedita Muſis,
Carmina me iuſsit ſcribere pauca tibi.
Quam benè conueniunt, et in vna ſede morātur
Dux bonus, & veræ relligionis amor.
Quam benè conueniunt, & in vna ſede morātur
Dux pius, & patriæ cura paterna ſuæ.
Quam benè conueniunt, & in vna ſede morātur
Dux bonus, & Phœbi pulchra corona ſacri.
Si benè conueniunt, in te mitiſsime princeps,
Quam benè conueniunt enumerata ſimul.

In te

In te verus amor pietatis, & ardua virtus,
Verus amor patriæ, Pieriјq́ chori eſt.
Quæritur, infamem vatum monumenta Neronē
Plurima cur damnent, carmina nulla vehāt?
Obſtitit hic ſtudijs, & vatibus obſtitit amens
Egregijs ſemper, Corduba teſtis erit.
Cur celebrent fœdas & non Buſiridis aras?
In promptu cauſſa eſt, vir ſceleratus erat.
Qui caput orbis erat, quiq́ auguſtiſsimus idem
Auguſtus cunctos ſcilicet inter erat.
Auguſtus Cæſar Diuûm genus, aurea condens
Secula, quam celebri carmine clarus erat?
Arma, virumq́ canens: latium digeſta per annū
Tempora cum cauſſis, ortaq́ ſigna canens.
Quo non maius opus ſeclis venientibus unquam,
Pulchrius & nullo tempore carmen erit.
Te celebrant Auguſte ſuis proſperrime ſcriptis,
Et ſuper egregijs verſibus, aſtra vehunt.
Non te pœnituit voluiſſe poëmata cæſar,
Sæpius in laudes condita magne tuas.
Tunc in honore ſacri ſacro cum carmine vates,
Inq́ pari precio carmen & autor erant.

Non latet augurium, non auguſtiſsime Cæſar
Cauſſa latet, cuncto tempore mitis eras.
Tu bonus addebas iucundum calcar eunti,
Te, Maro, te, clarus Naſo, volente, fuit.
Sed mea ne celebrent alienas carmina laudes,
Dum referent laudes dux generoſe tuas,
Noſtraq́ ſe vertens ad te mitiſsime princeps
Pieris, in laudes officioſa tuas.
Teq́, tuumq́ feret clarum ſuper æthera nomen,
Quid feret? an notum? te tamen illa feret.
Tu bonus es patriæ pater, & mitiſsimus idem
Aonidum fautor, Pieridumq́ decus.
Vera tibi fateor, quid enim non vera faterer?
Extera gens celebri te quoq laude vehit.
Subdita turba tibi paret, paretq́ libenter,
Hunc ſibi gratatur ſæpius illa Ducem.
Ergò Deum votis onerat, precibusſq́ fatigat,
Ne rumpat vitæ ſtamina Parca tuæ.
Ornet vt hic fauſtis & te ſucceſsibus idem,
Et cumulet donis priſtina dona nouis.
Ira tibi breuis eſt, mens & mitiſsima ſemper,
Et faciles motus quæ generoſa capit.

Parce-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos,
Res celebri ſemper principe digna fuit.
Principe ſi digna eſt, es tu digniſsimus illa,
Quis tanto poterit mitior eſſe Duce?
Non grauis es cupidè delicta fatentibus vltro,
Eheu quam pauci ſunt tibi mente pares.
Adde quod ingenuas foueas promtiſsimus artes,
Ac habeas rari nomina docta Ducis.
Adde quod & ſteriles facias floreſcere vates,
Hinc inopum quod ſit proxima cura tibi.
Adde quod æterni ſub te ſanctiſsima verbi
Dogmata, perpetuo poſſe vigere putent.
Hinc tua fortunant Superi felicis olympi,
Hinc te cœlorum celſa Theatra manent.
Inde tuas diſcit laudes agnoſcere Thule
Vltima, ſentiſcit Gargara celſa tuas.
Non Italus, non te Venetus, nec flumina paſsim
Tibridis ignorant teq́, tuumq́, decus.
Ecquis erit Duce te melior? felicior ecquis?
Ecquis erit potior? iuſtior ecquis erit?
Huc tua me pietas, huc me tua feruida virtus
Impulit, & veræ relligionis amor.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Principe digna mihi tuaq́; hoc clementia ſuaſit,
  Vt modo ſacrarem carmina pauca tibi.
Sacra tibi mitto, non carmina mitto prophana,
  Namq; pium toto pectore carmen amas.
Eſt rude, nec, fateor, te tanto principe dignum
  Carmen, & ad numeros vix bene, triſte coit.
Et breue tempus erat, lætum nil prorſus in illo eſt
  Carmine, namq; necem, vulnera, flagra cano.
Quæ patre cœleſti ſoboles, ſata virgine caſta,
  Noſtra vt dilueret crimina, paſſa fuit.
Ille meus genitor curis confectus & annis,
  Exilium paſſus triſteq́;, ſuaſor erat.
Qui ſera exhauſtus, iam te mandante, ſenecta
  Non leue ſed verè grande ſubiuit onus.
Vtq́; ſacras tutetur oues, tutetur ouile,
  Non leuis, aſt illum feruida cura premit.
Hic mihi, quid dubitas? magno pia carmina, dixit
  Scribe Duci, magno grata futura viro.
Illius expertus mentem, dulcemq́; fauorem,
  Nil dubites, facili te releuabit ope.
Ancora, præſidium, lux, ſpes, & pulchra corona,
  Omni, Pieridum, tempore nanq; fuit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Ergo age magnanime Heroũ, et celeberrime prin-
(ceps,
Non tibi Muſa grauis, noſtra ſit iſta, precor.
Sed facilis timidas Dux ò generoſe Camœnas
Suſcipe, quæ placeant carmina forſan erunt.
Namq; pio tecum meditaris vulnera Chriſti
Pectore, ſæpe pio voluis & ore necem.
Quosq; ferat triſti mors hæc in turbine fructus,
Commoda quæ præſtet, gaudia quanta ferat.
Hæc vt vita pijs, vt peccatoribus ægris
Ancora, fidentum vt ſit precioſa ſalus.
O mihi vulneribus quid Chriſti ſanctius extat?
Nam mea ſanarunt vnlnera Chriſte tua.
O mihi morte tua quid CHRiſte ſalubrius extat?
Viuenti hæc vita eſt, eſt in agone ſalus.
Diripit hæc orcum, cæleſtia regna recludit,
Illa mihi ſanant vulnera ſæua necis.
Certe erit illa dies quando mihi ſerior ætas,
Surget, cum laudes & tua facta canam.
Nulla dies vnquam memori teq; eximet æuo,
Si mea quid poterint carmina, ſemper eris.
Hunc modo quem mitto non auerſare laborem,
Suſcipe ſed placidè carmina noſtra, precor

Sic ti-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Sic tibi, quæq; fauent, faueant felicis olympi
Numina perpetuo, ſidera, fata, Deus.
O anima illuſtris, fama celeberrime princeps
Iohannes patriæ ſpes, columenq́; tuæ.

Illuſtriſs:

cels. T.

ſubiectiſs.

M. Petrus Creisbachius,
Dithmarſus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

IN CARMEN

DE PASSIONE CHRISTI IESV SCRIPTVM A M. PETRO CREISBACHIO

Epigramma

M. HENRICI GARBERI.

Vidit vt vranie caſtis comitata deabus
Inq; pij laudes officioſa Dei,
Liuida Creisbachium meditari vulnera Chriſti
Atq; ea flebilibus concelebrare modis,
Teſtor, ait, læto dulciſsima gaudia vultu,
Hunc iuuenem ſtudijs inuigilare ſacris.
Nam bene, ſi docti cantent pia carmina vates
Nec redigant nugas in ſua verba leues.
At dulcem toti Chriſtum meditentur, & illi
Pectore ſubmiſſo non niſi grata canant.
Hoc opus eſt vatum, res eſtq; accepta ſupremo,
Qui mouet æthereo flamine corda, Deo.
Et ſcio Creisbachium maneāt quæ præmia, Phœbi
Laurus, & aſtrigeræ regna beata domus.
Si modo ſic ſancto celebrabit carmine Chriſtum
Finiet & vera fata ſuprema fide.

Am-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Ambro. ſuper Luc.

DOles Domine non tua vulnera, ſed mea, non tuam mortem, ſed meam infirmitatem.

Bernhar. ſuper Canti.

PAſsio tua domine Ieſu vltimum eſt refugium, ſingulare remedium, indeficiens ſapientia, iuſticia non ſufficiente, ſuccumbentibus meritis ille ſuccurrit, cum enim defecerit virtus mea, non conturbor, non diffido, ſcio quid faciam, calicem ſalutaris accipiam, ſcio quod merita mea non ſufficiunt, ego verò fideliter quando ex me mihi deeſt, vſurpo ex viſceribus domini, quoniam miſericordia affluunt, nec deſunt foramina, per quæ foderunt manus & pedes, latusq́ lancea forauerunt, & per has rimas licet mihi ſugere mel de petra, oleum de ſago, & guſtare & videre, quam ſuauis eſt Dominus.

PAS-

PASSIO IE-
SV CHRISTI
SERVATORIS
NOSTRI.

SVMME Deus nutu rerum qui
ſumma gubernas,
Qui cœlum, tractuſq́; maris, qui
numine comples
Quicquid vbiq; ingẽs in ſe com-
plectitur orbis:
Sit mihi mortali immortalem carmine Regem
Vnigenamq́; tuum te ſolum propter alumnum
Conceſſum canere, inſignis cœleſtibus oris
Qui veniens caſtæ ſeſe inter viſcera Nymphæ
Condidit, vt genus humanum, & mortalia corda
Eriperet tenebris, & morte inferret olympo.
Ille tuus ſanctum meditanti ſuggerat ignem
Spiritus, hoc duce mortali immortalia digno
Ore loqui, & gnatum propriori luce tueri.
Vincula, flagra, crucem, lethum, ludibria paſſum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Fas mihi, ſumme tuũ pater & Rex maxime Regũ.
Tu quoq; magnanime Heroũ laus inclyta Princeps
IOHANNES iã ſponte ſua gens cymbrica, clara
Et mea de veterum Marſorum patria gente
Cui parent, multosq́; optant parere per annos:
Aſpice te cœptum ſub Mecœnate laborem.
Certè tempus erit cum te, tuaq́; inclyta facta
Illuſtremq́; animam rutilum ſuper æthera tollam.
Tunc te digna canam, mihi tu pars æqua laboris
Semper eris, ſine te nil altum noſtra ſonabit
Muſa, modo cœptum non dedignare laborem.
Iam prope mortis erant metæ, finiſq́; laborum
Chriſto aderat, iam Paſcha iterũ reſtabat agendũ.
Cum Chriſtus numero ex omni quos legerat ante
Biſſenos operum teſtes, fidosq́; miniſtros
Alloquitur, dictiſq́; heros compellat amicis.
Cum bis, noſtis enim, Phœbus peragrauerit orbem
Paſcha palæſtinis rurſum celebrabitur oris,
Virgine tradeturq́; ſatus mortalibus ægris,
Vt cruce nodoſa, & ferali corpora ligno
Pendeat, & duros claudat ſub morte labores.
Plurima ſed Procerũ ſacris quæ præſidet aris
Turba, viriq́; omnes quibus alma ſcientia vatum
Cogni-

Cognita erat,ſenio,aut pollentes fortibus auſis
Intra ſe Caiphæ portant ſublimia gentis
Atria,qui primus Iudææ extabat, & illic
Conſilia expediunt,ſtudia in contraria turba
Scinditur, vna Dei ſcelerato crimine gnatum
Fallere cura fuit,vincliſq; inhibere nefandis
Innocuoq; graues de ſanguine poſcere pœnas.
Namq; illos populus dudũ & metus acer agebat,
Id prohibent Feſtum ne fors concurſus in vrbe
Crudeles animos crudelibus auocet auſis.
Bethanam ingreſſus iuuenis ſanctiſsimus vrbẽ
Simonis toto cui plurima corpore lepra
Squallebat,placidus ſucceſsit ſedibus hoſpes,
Extemplo vitrum precioſi mæſta liquoris
Fœmina ibi(multo poterat quòd vendier ære)
Effringens ſpiranti verticis Alabaſtro
Summum vnxit,Chriſtiq; caput repleuit odore,
Vix ea,cum ſocijs ingens contentio Chriſti
Naſcitur,vnguentum propter,fuſumq; liquorẽ.
Quod ſane haud vili potuiſſet vendier ære
Atq; inopum triſtem potuiſſet vertere peſtem.
Audijt,aſt litem non eſt procedere paſſus
Chriſtus,& iratos verbis caſtigat amicis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Ne miſeræ ô ſocij tantas intendite lites,
Præſtitit officium longè mihi fœmina gratum
At vobis & inops ſemper, miſerandaq́ turba
Semper adeſt, inhiās nummis & dona requirens.
Luminibus ſed tempus erit quando obuius eſſe
Deſiero veſtris, multo officioſa labore
Hæc mea odorifero perfudit membra liquore
Quo mea ſpiranti inferret prius oſſa ſepulchro
Vnguento induta, & funus dotaret honore.
Certè vbi per totum præclara docebitur orbem
Hiſtoria hæc, dignas pro tanto munere laudes
Inueniet, totuſq́ illam mirabitur orbis.
At iam Tartareus ſtimulos agitabat amaros
Dæmon in obſeſſo iamdudum pectore Iudæ
Iſchariot, numerum in biſſenum hei ante relati,
Ibat & huc illuc Procerum ſuſpenſa tenebat
Pectora, vt acceptum malè Chriſtum proderet ære
Quos ita quo mecum, fatur, libet ære paciſci?
Et vobis prodam fallacibus artibus illum.
Inuiti haud Proceres hauſerunt auribus iſta,
Exitiale illi precium dixere triginta
Argento ex ſolido nummos in munere pactos,
Aggreditur ſcelus, & facinus perpatrat Iudas,

Nec mora, nec requies partes ſpeculatus in omnes,
Quo ſine ſeditione Dei infeſtaret alumnum
Inſidijs, & fraude infando proderet hoſti:
Iamq́; vbi prima dies iterum relluxerat orbi
Quando tener ſacras ab ouilibus imbuit aras
Agnus, & in tota non fractis oſsibus vrbe
De grege balantum ſelectus cæditur agnus,
Tunc fidum ſocij compellant ore Magiſtrum,
Scis, nec enim quicquam rerum te fallit vbiq;,
Feſta domus cuncta Feſtum iam præparat vrbe,
Tu quod at hoſpitium tibi vis quæramus, vt illic
Viuificaſq́; dapes, & ouem pro more paremus?
Ille autem egregios animis & pectore prompto
Legit Iohannem, Petrumq́; ea iuſſa ferentes
Ite (refert) ſocij mox quo via ducit in vrbem,
Nos quoq; vt ante meos obitus, lethumq́; paratum
Solennes epulas celebremus, & annua feſta.
Nec mora cum limen ſubijſtis greſsibus vrbis,
Hic puer optatus vobis ſeſe offeret vltrò
Vrnã humeris geſtans, lymphasq́; ex fonte recẽtes,
Hoc duce tendetis ſumto vos paſsibus æquis
Hic quo flectit iter vel quo ſe cunq; receptat
Obſeruate locum, atq; ijſdem ſuccedite tectis.

Nec mora iungentes dextrã hoſpitiumq́ꝫ rogantes,
Tum Dominum affati coram noſtrum edite nomẽ
Dicite me petere hoſpitium, feſtiſq́ꝫ diebus
Exiguam noſtris ſedem me poſcere ſacris
Tectum, ingens multum pictis inſigne tapetis
Protinus oſtendet quod mille coloribus olim
Induit artificis manus, egregijſq́ꝫ figuris
Veſtijt. Hic ouis eſt feſtis comedenda diebus.
    Vix vbi quæſitas ſuperarunt greſſibus ædes,
Omnia, veridico veluti Deus ore locutus,
Inueniunt, ſacraſq́ꝫ dapes, agnumq́ꝫ trementem.
Protinus infigunt verubus, torrentq́ꝫ per ignem.
Littus ad Heſperiũ ter equos cũ phœbus anhelos
Siſteret, accingunt dapibus ſe Chriſtus & omnes
Diſcipuli, affatur fidus quos talibus heros.
En votis nunc ille dies plus mille petitus
Vltrò ſe nobis oſtendit, ſæpius illud
Cum deſiderio optaui contingere tempus,
Sæua prius patiar diri quàm vulnera lethi,
Solennes epulas vobiſcum, hæc annua feſta
Deniqꝫ vobiſcum celebrarem vt tempore dicto.
Namqꝫ ego (vera loquor) me nunquam ſerior ætas
Viderit hunc agnum poſthac in viſcera ſacrum



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Condere, ſtellanti prius abſoluantur olympo
Omnia quàm, toties dixi quæ præſcius olim.
Inde mero impleuit pateram, dulciq́ liquore
Atq́ ſuo grates ſoluens de pectore patri,
Hæc memorat, mea vos, mea viſcera chara, ſodales
Accipite, & ſocios pateram partimini in omnes.
Namq́ ego poſt dulcem nunquã ſacrabo liquorẽ,
Quàm mihi regnandi cedat plaga lucida cæli,
Tunc iterum roſeo ſpumantia pocula vino
Libabo, atq́ eadem vos hæc ad gaudia ducam.
Nox erat atra ſuo qua Chriſtus traditus hoſti eſt,
Tunc heros cererem puram, properataq́ liba
Accipiens, frangenſq́ manu partitur in omnes
Diſcipulos, ſedato animo poſt talia fatur:
Accipite, hæ fruges atq́ hæc libamina ſacra
Sunt corpuſq́ meum, vera, indubitataq́ membra,
Vnum pro vobis quod cunctis morte piabit,
Auferet atq́ obitu veteris contagia noxæ.
Vos at idem quoties ſacris accumbere menſis
Contigerit, præſtate omnes, memoreſq́ laborum
Funeris his noſtri meritos referatis honores.
Poſt pateram infuſo ſacrabat & ore Lyæo,
Et prendens manibus grates peragebat, & omnes

Mox

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Mox adhibete labris (ait) atq́ haurite liquorem
Sanguinis ille mei eſt pars & non ficta cruoris,
De cruce diffuſus pro vobis omnibus, atras
Abluet hic ſordes & priſtina damna piabit,
Vos & idem quoties ſacris ſucceditis aris,
Omnes præſtate, inuicti memoreſq́ laboris
Funeris his noſtri meritos referatis honores.
Dixerat: Illi autem ſubitò ſacra iuſſa capeſſunt.
Solennes verò ante epulas, ante annua Feſta
Cum ſibi venturi iam dudum præſcius heros
Noſceret infandi ſuccedere tempora lethi,
Hinc quod & ad ſuperos iret felicis olympi,
Ille ſuos fuerat ſemper quo amplexus amore
Quos olim hic ſocios legit mortalibus oris,
Vltima ſub fata, & mortem, ſeruabat eundem.
Poſtquã exempta fames dapibus, frugeſq́ remo-
Cum Draco iã ſtygius ſcelerati pectus Iudæ (ta
Torſerat, vt Chriſtum crudeli proderet hoſti
Exploratum habuit, didicitq́ immobile Chriſtus
Omnia nequicquam ſuperos ſibi poſſe negare,
Eius & à cœlis quo rurſum tenderet, eſſet
Exitus, aſſurgens dium remouebat amictum,
Succinctuſq́ heros corpus mantilibus albis,



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Irroranſq́; manu flammis vndantia ahena
Temperat irriguo feruentem flumine lympham,
Dat lancẽ hinc pedibus ſociorũ,& ſiccat amictu.
Petrus at attonitus rerum nouitate recuſat
Serua miniſteria,& Chriſtum prohibere laborat,
Tu ne meis pedibus lympham dabis? abſit, at illum
Affatur contra placidè pulcherrimus heros
Stet, neſcis, cur iſta meæ ſententia menti,
Petre ſed hanc liquidè labenti tempore noſces.
Petrus ad hæc nunquã noſtras tua dextera plan-
Abluet,& molli rurſum ſiccabit amictu: (tas
Cui patris æterni ſoboles: Si noſtra recuſas
Petre miniſteria, haud vnquam tibi portio noſtri
Cedet: At ille manus caput vna & corpus,& artus
Abluere,& lymphis mandat luſtrare Magiſtro.
Reſponſo hoc contra eſt quem ſic dignatus Ieſus
Irriguis qui lotus aquis, non flumine hic vltra
Indiget, at ſaltem plantas vt ſordibus atris
Exuat, eſt labis purus, næuiſq́; ſolutus,
Turpibus immunes & vos à ſordibus eſtis,
Non numero ex omni tamen, atq; hac parte beati
Vna eſtis. Namq; illum, qui mentitus amorem
Vultu erat, haud latuit, nec mens præſaga fefellit,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Ergo ait ablutos ſed non à ſordibus omnes.
Iamq́ ubi biſſenis lympham dedit ille miniſtris
Circa humeros iterum dium collegit amictum,
Et rurſum didicit poſitis aſſueſcere menſis.
Mæſtus & ad ſocios ſic porro eſt farier orſus.
Cernitis ò ſocij tandem quæ munera vobis
Præſtiterim, vobis Dominus vocor atq; Magiſter
Nec mens iſta vnquam vos fallet,& arguet,idem
Namq; ego quo me eſtis dignati nomine ſum re.
Ergo miniſterio,& ſeruili munere functus
Ipſe dedi lympham pedibus,conſueſcite factis
Exemplo parili,& faſtus abolete ſuperbos,
Eſte pij, & nunquam ſerpenti cedite peſti,
Inq́ vicem ſemper dulci exardeſcite amore
Atq; alijs alij ſerui parete volentes.
Certè ego vera loquor. Dominum non munia ſerui
Excedunt,nec erit potior qui iuſſa capeſſit,
Quàm qui commiſſo legatum munere mittit.
Hæc mea ſi vobis iuſſa alta mente ſedebunt,
Ex omni numero,ex omni vos parte beati
Eſtis,at haud omnes dico,reputoq́ beatos,
Quos ego nam ſorte elegi diuinitus alma
Noui omnes. Sed enim vatũ vt monumẽta priorũ
Veri-

Veridico,perhibent,quæ talia, fine quieſcant,
Vt dapibus mecum in menſa qui veſcitur ijſdem
Me pedibus terat,& feriat me calce proteruus
Illa ego non ficto cecini modo carmine vobis,
Quam prius impoſito ſoluantur ſingula fine,
Cum tulerint tales voluentia tempora caſus
Vt dictis,& me verè credatis eundem.
Certè ego vera loquor ſi quis non pectore ficto
Suſcipit,huc quoſcunq; meis ego miſero iuſſis
Inſtructos, hic me dulci ſimul ardet amore.
Ille patrem porrò qui me complectitur vnum,
Suſcipit, atq; illum cuius mandata capeſſo.
Hæc vbi fatus erat curarum carpitur æſtu
Ingenti,atq; imo ſuſpiria pectore ducit,
Meq́;(ait)haud animi quicquã ſententia fallit
Vnus erit veſtrum inſidijs qui me hoſtibus vltrò
Prodiderit,mecum ille cibum qui carpit eadem
De patina,& numerum biſſenũ peſſimus implet.
Extemplo turbati omnes gemitumq́; dedere.
Quem cæcum vſq; adeo,furijs,furtiſq́; ſubactum
Exagitent Lemures,furiæ,infernæq́; Sorores.
Quis ſcelere antè alios,quis fraude immanior om-
Auderet tã grande nefas,crudeleq́; crimen (nes

Inq́;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Inq; vicem ſeſe incuſant, rurſumq; tuentur,
Tandem mæſti animis dictis, lachrymisq; fatigāt,
Heroem, quis erit? quis erit fœdiſsimus ille?
In quem tam dirum cadet exitialeq; crimen?
Vno omnes eadem perſtabant ore gementes.
Ille ſed ex ſenis bis ſex qui veſcitur, vnus
Iiſdem iam mecum dapibus me crimine fallet
Omniaq; euenient ſoboli de virgine natæ,
Antea quæ ſacri cecinerunt carmine vates.
Haud tamen ille diu diris lætabitur auſis,
Quiſquis erit, nunquam vitalis luminis auras
Hauſiſſe, & nunquam foret illi lucis amorem
Guſtaſſe heu ſatius. Contra periurus Iudas
Infit: ego nunc quid te proditione nefanda
Oppreſſum dedero? cui Chriſtus talia: dixti.
Diſcipulos inter Cererem, & libamina Chriſti
Carpentes digitis longè fidiſsimus vnus
Intererat, latus hic claudebat proximus almum
Ad menſam Chriſti. Senior mox annuit illi
Petrus, vt audentem ſcelus hoc inquireret atrox.
Extemplo hic didicit fraudū, referente Magiſtro
Artificem. Documenta illi quia præſtitit heros
Talia, cui fruſtum imbuero, atq; intinxero iuri
Certè

Certè erit, at fruſtum periuro intinxit Iudæ
Iſchariot, toto cui poſtmodo pectore Dæmon
Sedit, & obſeſſum ſtimulis agitauit amaris.
Ilicet alloquitur ſceleratum Chriſtus Iudam,
Tolle moram, finemq́; tuis imponito factis.
Nullis nota ſatis fuit hæc vox auribus hauſta,
Pars illum, quia nummorum cuſtodia Iudæ
Credita erat, feſtis accommoda forte diebus
Aere parare putat: pars illum occurrere peſti
Aſt inopum cenſet, dubius tamen omnibus error.
Iamq́; erat indutum non raro lumine cœlum,
Exijt, vt ſcelerum Iudas accenſus amore.
Vix è conſpectu ſociorum dirus Iudas
Venerat, vt ſocios inter diſcordia gliſcit,
Aequa daret potior quis iura minoribus, illos
Caſtigat verbis, & dictis increpat Heros:
Sunt Reges quibus æqua data eſt hic ſceptra gerēdi
Et premere, & freno rurſum indulgere, poteſtas,
Magnificis illi titulis ſceptriſq́; ſuperbis
Indulgent, vos non parili ratione, modoq́;
At qui maior erit cunctos infra infimus ille
Dimittat ſeſe, & primus ſeruilia promtus
Ambiat indecori nequicquam munera ſorte:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Dicite vel potior ſtratis ſuccedere menſis
Qui ſolet, ecquid erit, vel qui ſeruilia tractat
Officia? hic merito niſi me ſententia fallit
Dignior exiſtit ſublimi in ſede locatus
Qui ſuper accumbit ſtratis, oſtroq́ nitenti.
Maximus ipſe tamen vos omnes infimus infra
Munera tractaui ſeruilia, munera fœda
Exemplumq́ dedi cunctis imitabile vobis
Spes interdictas, & inania linquite vota
Eſte nec iniuſti, neu vos premat ardor habendi,
Non animis non hanc veſtris aſſueſcite peſtem.
    O ſocij mecum qui fanda, infanda tuliſtis
Vos ego conſortes faciam cœliq́ potentes,
Conſortem pater ipſe velut me fecit, & vnà
Mecum epulis Diuûm chari aſſueſcatis amici,
Bis ſex innixi ſolijs & ſtemmata eburnis
Gentis Iudææ decreta examine Reges,
Tartareos, cœli vel pulchros eſſe nepotes
Reddatis, cedent veſtris ſimul omnia votis.
    Hinc (ait) intacta proles ſata virgine, nunc eſt
Glorificata, Deus per eam veriſſimus eſtq́
Glorificatus, at eſt per eam ſi glorificatur
Ipſe Deus, per ſe mox glorificabit eandem.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

O mî filioli tempus breue reſtat & arctum
Quo modo continget coram mea membra tueri,
Vos ſtudijs indefeſsis, vigiliq́; labore,
Hic & vbiq; ægri meme indagabitis vltrò,
Verum vti Iudæis pandi prius omnia, quo me
Contulero conferre gradum nulla arte licebit:
Atq; nouis iterum iuſsis aduertite mentem,
Eſte pij, inq́; vicem dulci exardeſcite amore
Quo complexus ego vos ò mea viſcera foui.
Hoc erit indicium certum, indubitataq́; ſigna
Semper erunt, ſocios mihi vos, meq́; eſſe Magiſtrū
Si fidi officijs voſmet iuueritis vltrò.

Tunc ſenior Petrus hæc fatur: fidiſsime Chriſte
Da mihi prendere iter recto quo tramite tendis.
Contra heros: quo tēdo gradū via peruia nullo eſt
Tempore Petre tibi præſenti, poſtmodo vero
Certè erit illa dies quo me comitabere euntē.
Cui Simon: Domine impediūt quænā horrida mon
Hoc iter? ipſe etiā te lucis propter amorem (ſtra
Contemnam, reſponſa dedit cui talia Chriſtus:
Tene Petre horrendo mulctatum funere cernam
Me propter? Simon veris attendito dictis,
Expetijt cribrare omnes tritici inſtar auerni

Vos Dux, ſed tua Petre fides ne ſancta labaret
Ipſe fatigaui ſuperos, tu fortior omnes
Iam ſemel, exemplo mæſtos hortabere fratres.
Egregius contra Petrus: tecum omnia adibo
Vincula, flagra, necē, pro te haud extrema recuſo.
Chriſtus at hæc contra ſedato pectore fatur:
Haud ego ficta loquor criſtatus carminis ales
Immemor ipſe ſui non occinet ante, negaris
Hac tu luce prius quàm ter me perfidus ore.
Inde Heros ſocios verſus ſic fatur ad omnes:
Ipſe ego vos quoties oneratos pectora iuſsis
Legaui loculis, plantæ ſolijsq; carentes,
Pauperie nuncquid vel preſsi rebus egenis
Eſtis? id ore negant vno. Nunc poſtulat hora
Chriſtus ait, loculos, & qua nunc indiget vſus,
Crumenam acquirat, cui non eſt fulgidus enſis,
Veſtes ære ſuas mutans ſibi comparet enſem.
Namq; ea quæ vates de me cecinere priores,
Contingent: Scelerum autores numerabitur inter.
Illi autem binos gladios, enſeſq; micantes
Oſtentant. numerus Chriſto qui ſufficit ipſi.
Hinc mærenti animo mæſtos affatur amicos
O ſocij nequaquam animis accerſite veſtris

Triſti-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Triſtitiam,& duros animis arcete dolores.
Quod ſi veſtra fides fixa eſt,& fixa manebit
In ſuperos,in me poſita,indubitataq́; ſemper
Hæreat,in regno patris omnipotentis olympi
Atria namq́; mei ſunt,& domicilia longo
Ordine multa patent,varijs diſtincta figuris.
Sin minus iſta forent,vobis non ficta profabor.
Ibo equidem,Et verè domicilia dicta parabo:
Hinc abiturus iter relegam tamē omne viciſſim,
Et vos excipiam,ſocioſq́; ad gaudia ducam,
Labilis vt nunquam diſiunctos arguat hora.
Eſt iter hoc notum,via nec vos cognita fallit.
Cui Thomas iter hoc dubiū incertūq́; Magiſter
Nos fugit,& quis(ait)didicit quo tramite tendas?
Chriſtus ego via ſum,lux vera & vita perennis,
Contra ait,ad Patrem nemo proficiſcitur vnquam
Me Duce nî ſolo,vobis ſi cognitus eſſem,
Haud foret ignotus genitor,ſed cognitus ipſe eſt,
Noſcendiq́; datur vobis non copia patrem
Parua meum, viuis illum luſtraſtis ocellis
Attonita quem mox affatur mente Philippus.
Chriſte tuum nobis coram da cernere patrem
Sufficientq́; mihi; quem Verbis Chriſtus amicis

Caſtigans, adeo fatur male docte Philippe
Longum vſq; obuerſor veſtris ignotus ocellis
Mortaleſq; gerens vultus, mortalia & ora,
Me cernit quicunq; patrē quoq; cernit & ipſum,
Ergo tuæ quam: ſedet hæc ſententia menti,
Da viuis luſtrare oculis da cernere patrem.
Aut dubitas in me patrem, & me in patre locari
Non ego ſed genitor per me fuit vſq; locutus,
Vſq; operatus, & egregijs miracula ſignis
Edidit, ergo animis veris confidite dictis
In patre me, patrem rurſum in me ſemper haberi,
Sin minus egregijs freti, mihi fidite, factis.
Vera loquor fido mihi ſi quis pectore credit,
Et ſolidam fixamq; fidem me ponit in vno,
Illi non graue diuinis miracula ſignis
Edere erit, quæ cuncta prius feci, ille laborem
Excedet noſtrum, & pulchris lætabitur auſis.
Namq; onerabo patrem votis, & carmine flectam
Vt fuerit quicquid iuſtumq; piumq;, bonumq;
Nomine ſub noſtro læuo non omine cedat
Per me nulla pater neſcit renuiſſe rogatus.
Si modo fidus amor noſtri vos vrſerit, ipſi
Iuſſa faceſſatis noſtra, & parete volentes

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Sidereis patrem precibus votiſq́; viciſsim
Ipſe fatigabo,imperium metaſq́; roganti
Qui nullas poſuit,nullas poſiturus alumno eſt,
Conſolatorem hic alium,fidumq́; Magiſtrum
Sufficiet,nullo ſocios qui deſeret æuo.
Hic aſſertor erit veri,quem,Spiritus,orbis
Non cœco intuitu,non cœco lumine prendit
At vos noſtis eum, quia nec vos deſeret vnquam,
Vos nec ego fidus curarum mole grauatos
Triſtes,atq́; inopes animi,rerumq́; relinquam,
Caſibus eripiam grauibus,grauibusq́; periclis.
Defenſoſq́; dabit timidos mea dextera ſemper.
  Iam prope tēpus erit cū me non machina mundi
Amplius aſpiciet,nullo ſed tempore veſtris
Eripiam me luminibus quia luminis auras
Haurio vitales,quas mecum carpitis vnà.
In patre me,prodet lux iſta nouiſsima ſemper
Degere,vos in me, in vobis me viuere contra.
Quiſquis erit mea cui non ficto pectore ſemper
Scita placent,dulcem ille mei dudū hauſit amorē
Qui me fidus amat,dulci illum ardebit amore
Ille meus genitor,dulci ipſe amplectar amore
Protinus ac illi toto me pectore prodam.

Quem Iudas non Iſchariot compellat, & inſit
Fare age chare, mihi tuq; hæc arcana reclude,
Annuit aut quidnam depulſis nubibus vltrò
Nobis, non itidem mundo te Chriſte reueles?
Quem placidis contra dictis dignatur Ieſus:
Dulci quiſquis erit noſtri qui flagret amore
Hic iter æternæ vitæ rimabitur, alta
Mente meas leges nocteſq;, dieſq;, reuoluet.
Oſcula libabit pater illi dulcia, contra
Hunc penes æternæ volumus domicilia vitæ
Condere, felices ſedes, felicia regna:
Quiſquis at infido me pectore peſsimus odit
Hic mea detrectat iuſſa, & præcepta recuſat,
Nec quæ iuſſa fero mea ſunt, ſed iuſſa parentis.
Hæc ego mortali indutus ſum corpore fatus,
Flamen at æthereum multo ſolamine diues
Nomine quod noſtro pater has legabit in oras,
Eruet obſcurum, cauſſas fandoq; docebit
Dictorum & memores vos arguet eſſe meorum
Aurea concedo iucundæ munera pacis
Non ritus moreſq; ſequor non impius vſum
Orbis, at æternis vos donis vſq; beabo:
Ponite corde metum, atq; acres arcete dolores.

Audiſtis nec enim talis ſententia fallit:
Carpo viam, aſt relegā vertens iter omne ſecundo
Et ceßiſſet amor ſi nondum pectore noſtri,
Plauſibus exciperet veſtrum mea dicta ſecundis
Quiſq; quod ad patrem ſummi proficiſcar olympi.
Magnus enim genitor me dulci maior alumno eſt.
Iamq; ea veridico prædixi præſcius ore
Vt voluenda dies tulerit cum talia, dictis
Fidatis, poſt tempus erit cum parcius vtar
Vocibus, & fundam vos ad rariſsima verba.
Nam venit horrendo mundi Dux improbus huius
Clangore & fremitu, nil in me iuris habebit,
Verum vti percipiat vanus ſimul omnia mundus
Me redamare patrem, me iuſſa faceſſere patris:
Surgite, quin celeres carpamus tramite greſſus.
Non me fertilior toto floreſcit in orbe
Vitis, ego pulchris viuis, grauidiſq; racemis
Surgo, meus pater agricola eſt, vitemq; tuetur
Ille quidem ſteriles diſcindit falce racemos,
Fructiferos vero incolumes, ſaluoſq; racemos
Reddet, & efficiet niteant quo pluribus vuis.
Vos quoq; vos nitidi, & fœcundo germine pulchri
Verba quidem propter quæ fatus, prouidus, eſtis

In me durate, in vobis durabo viciſſim,
Et veluti nulla ſunt fertilitate racemi
Fœcundi, fructuq́ꝫ carent à vite reuulſi,
Vos ita nequicquam, inſerti ni ſitis & ipſi
Quippe mihi, roſeos fructus vuasq́ꝫ feretis.
Vera ego ſum vitis, veri vos vſqꝫ racemi
Inſertus mihi quiſquis erit, cui inſertus, & ipſe
Luxuriat fructu, & maturis plurimus vuis
Surgit, non ſine me fœcundis germinat vuis.
Palmes. at eſt ſterilis qui in me non inſitus hæret
Et ſubito in rapidum cumulo prouoluitur ignem.
Aequa tamen fuerit ſub me ſi cura manendi
Nec mea dicta vnquam vobis ludibria fient
Ventus & aura ferent non irrita, vota precesq́ꝫ
Omnia ſed precibus cedent, atqꝫ omnia votis.
Namqꝫ meus ſummo, genitor dotatur honore,
Diuite cum fructu maturas funditis vuas
Me velut amplexus dulci eſt pater ipſe fauore
Sic ego fidentes caſus complector in omnes.
Quin firmis animis mea iuſſa faceſſite promti
Pectore ſic fido noſtrum ſeruatis amorem
Sicut & ipſe mei genitoris iuſſa capeſſo,
Illius & dulcem foueo plus ſemper amorem.

Hæc loquor, in vobis vt dulci plenus amore
Lætitia exultem, ſint vobis gaudia porrò
Ex omni numero perfecta, & parte ſoluta.
Hæc præcepta dedi, non ſummus ceſſet amandi
Ardor, ad exemplar mentes deducite noſtrum.
Haud adeo dulci quiſquam magis ardet amore
Quam quod pro charis vitam profundat amicis.
Vos & amici eſtis mihi chari, & viſcera chara
Si mea macte animis, & fido pectore iuſſa
Excipitis, non poſt famulos, non vilia poſthac
Corpora, ſed charos ſemper reputabo ſodales.
Non famulo Dominus tacita atq; arcana recludit,
Nil vos non docui, latet alto pectore clauſum,
Abſtruſumq; nihil quod non didiciſtis amici
Ipſe ſinu ex patris quicquid chariſsimus hauſi
Non veſtros animos, non veſtras effugit aures
Non ego ſum lectus vobis, non ipſe vocatus
Vos ego vos ſocios legi teſteſq; laborum
Germine fœcundo fructus fundatis vt almos
Veſtraq; nec ceſſent labenti tempore dona,
Et precibus dius veſtris reſpondeat æther
Munera muneribus cumuletq; ingentia vobis.
Iamq; nouis iterum dictis aduertite mentem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Mutuus inter vos vigeat, ſincerus & ardor,
Improbus at ſi poſt vobis odia aſpera mundus
Miſcebit, charum tandem reuocate Magiſtrum,
Exemplum reuocate meum, mortalia ſi vos
Forte moraremini, ſummo vos mundus honore
Exciperet, ſed cum cœli vos eſſe Nepotes
Legerim, & à mundo pars quam longiſsima ſitis
Inſidias ſtruit, & fraudes, & retia tendit,
Non Dominũ famulus, Dominũ non ſeruus adæ-
Siq́; mihi inſidias, fraudes, & dira pericla (quat
Struxere, haud vobis parcent, haud dira pericla
Ceſſabunt ſtruere. amplexi mea dicta fuere
Si ſcelerati vnquam, vos amplectentur & ipſos.
Verum illi ingenti crudelia mole capeſſunt
Crimina, quo ſanctos me propter funere mergant
Et fuit ignotus, nunquam fuit agnitus illis,
Mortales qui me genitor legauit in oras,
Atria ſi cœli, domicila celſa Deorum
Liquiſſem nunquam, nec patris iuſſa tuliſſem,
Non illis peccata forent, non crimina fœda.
Nunc ſcelus illorũ nihil, & nil crimen obumbrat.
Artificum ſceleris nunc excuſatio calua eſt.
Quiſquis erit qui me fœdiſsimus oderit, ille

Odit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Odit & æternum ſcelerato pectore patrem,
Et nec ego claris ſi tot miracula ſignis
Multoties iteraſſem, quæ non edita ab vllo
Ante fuere viro, fœdata labe ſoluti
Quippe forent, oculis ſed nunc creuere prophanis
Meq́; meumq́; vna inſipidi ſpreuere parentem.
Vtq́; repleta forent vatum monumenta ſacrorum:
Oderunt ſine me ſcelerati nomine: ſed cum
Veridicus cernet mortales Spiritus oras,
Nuncius à patre qui ſummo ſanctiſſimus exit
Scilicet hic pleno de me teſtabitur ore
Indecores eritis nec vos hoc nomine teſtes.
Seraq́; iungetis primo mea facta labori
Illa ego veridico venturi præſcius ore
Iam cecini, curis ne fors turbemini amaris.
Nam ferient diro ſanctos anathematis igni.
Olim tempus erit, ſi quis vos funere mulctet
Gratum opus vt Superis, gratum præſtare laborem
Se putet, id, quia nec me, nec nouere parentem.
Hæc ego ſum fatus, cum tempus venerit ipſum
Dictorum memores vt ſitis vſq́; meorum
Non eadem cecini ſublapſo tempore vobis,
Eriperem quod me veſtris non fidus ocellis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Magnũ iter ad ſummi patrẽ proficiſcor olympi,
Cuius ego dudum promtus ſacra iuſſa capeſſi,
Nullus & indagat veſtrum quo tramite flectam,
Poſt ego ſed dictis quam talibus ora reſolui,
Mœſti animis cuncti, & curis ingentibus ægri
Languetis. Sed vera loquor, me proderit ire
Sin minus ipſe viæ me nunc accinxero, vobis
Spiritus æthereo nunquam properabit ab axe,
Atria ſi verò rutilantis viſero cœli
Deſcendet, ſcelerum hic, & iudicij arguet orbem
Iuſtitiæq; inopem, recti damnabit egenum
Ob peccata, mihi nullo quod tempore fidi
Crediderint, ob iuſtitiam quia tramite recto
Regna petam cœli, nec me luſtrabitis inde
Iudicium propter, mundi ſæuiſſimus huius
Iudicio quod ſit Princeps damnatus ad orcum.
Multa quidẽ portanda darẽ, multa ordine farer,
Sed non ipſa dies, non hoc feret omnia tempus
Flamen ab æthera ſed cum deuenerit arce
Iuſtitiam, & veri vos fontem fando docebit
Propria, nec proprio de ſe teſtabitur ore,
Proferet hauſta prius, nec non ventura recludet.
Hic me fatidicus ſummum ſuper æthera tollet,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Et mea magnificus prodet ſcita ore potenti.
Sed mea ſolius ſunt chari ſcita parentis.
Tempus erit prope cū veſtris me mœſtus ocellis
Eripiam, prope tempus erit cum corpore rurſum
Præſenti ſiſtam, ad patrem quia dirigo greſſus.
Mox ſuſpenſi animis ſocij incertiq; loquelæ
Inter ſe certant dictis oratio Chriſti
Innuat hæc quidnã, indoctos ſe ad verba fatetur.
Poſt breue tempus ero certe non obuius vlli
Poſt breue me rurſum præſenti corpore ſiſtam
Adq; patrem recto quod tramite tendat olympi
Neſcimus, breue quid tempus ſibi denotet illud.
Mens ignota Deum ſociorum haud iſta latebat
Ergo ait hos animis ſermones ceditis ægris
Intra me nulli paucos oſtendere ſoles
Quod mediter, paucis elapſis lucibus vltrò
Deprenſum dabo, vera loquor vos triſti vlulatu,
Planctibus, & lachrymis loca ſola replebitis vdis
Turpibus è contra mundus lætabitur auſis
Triſtitia in melius ſed verſis aſpera fatis
Verſa per æternos ibit lætiſsima plauſus.
Fœmina cum ſobolem vitales edit in auras
Angitur, atq; metu præcordia rumpitur acri,

Partus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Partus eam duris cruciatibus obruit ægram,
Hauſit vbi ſoboles vitales luminis auras
Læta metus genitrix mox obliuiſcitur acris
Poſthabet & curas proli duroſq; dolores.
Vos quoq; curarum nunc ingens opprimit æſtus,
Aſt ego lætitiæ pulchro vos lumine rurſum
Veſtiam, & hinc ægros nullum vos arguet æuum.
Certè ego vera loquor quicquid ſub nomine no-
Voce rogaueritis patrem, dabit ille rogatus. (ſtro
Quin petite, & veſtris cedent ſimul omnia votis
Veſtraq; perpetuos geminabunt gaudia plauſus.
Talia ſum fatus multis ambagibus vtens,
Aſt erit illa dies, diſcuſſa nube profabor
Libera cum vobis de ſummo verba parente,
Multa patrem precibus, ſacrato carmine multa
Nomine ſub noſtro poſcetis, vota, preceſq;
Non ego me dico, pro vobis fundere velle
Namq; pater ſummo vobis indulget amore
Quod ſummis ſtudijs extrema per omnia fidi
Hæſeritis comites mihi, quod credatis alumnum
Me ſuperum Regis, cœlo quod miſſus ab alto
Atria cœleſtis repetam ſanctiſſimus aulæ.
Vix ea, cum Proceres bis ſex his ora reſoluunt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Iam procul ambages fugiens liberrimus vſus
Vocibus es, nunquam nos hæc ſententia fallet
A patre quod miſſus ſis verè, cunctaq; noris
Quæ ſunt, quæ fuerint, quæ mox vētura trahātur.
Quos contra alloquitur dictis pulcherrimus heros:
Tempus erit, quin tempus adeſt erroribus acti
Quo terras omnes circum, maria omnia circum
Diſiecti erretis, me ſolo deinde relicto,
Propria quiſq; petat, non ſolo quippe relicto
Namq; agitabo meo vitam cum patre beatam.
Hæc ego ſumma forem vt vobis & prima volu-
Et fidum in rebus, dixi, ſolamen egenis (ptas
In vos namq; ferus iaciet conuitia mundus
Damna, pericla, necē, & dirum minitabitur orcū.
At vos eſte pij, & turpi non cedite peſti,
Ite animis contra, per me iacet orbis & orcus
Victriciq; manu, & victus victricibus armis.
Hæc vbi fatus erat, paulum tellure moratos
Suſtulit hinc oculos cœli ad conuexa beati.
Hæc memorans pater, hora mihi ſe oſtendit apertè
Lumine qua claro dulcem luſtrabis alumnum
Qua ſoboles clarum te reddet & vnica rurſum,
Imperium cui tu ſummum ſine fine dediſti

Cui nec tu metas rerum,nec tempora pones
Inferat vt ſecum manes iam victor olympo
Hæredeſq́; poli faciat,cœliq́; nepotes.
Vita ſed æterna eſt, ſemperq́; hæc vita beata eſt
Te ſolum, verumq́; Deum vt cognoſcere diſcant
Et Chriſtum quem tu miſiſti ſummus Ieſum.
Ipſe ego te in terris clarum ſuper omnia feci
Atq; opus exegi quod te mandante ſubiui.
Me quoq; ſumme pater cœleſti lumine veſti,
Quo prius indutus tecum cœleſtibus oris
Aequali regerem cum numine cuncta creata
Cum non iacta eſſent vaſti fundamina mundi
Impiger ipſe ego te docui, nomenq́; profeſſus
Te celebrem notumq́; dedi mortalibus ægris.
Quos mihi tunc ſocios te conceßiſſe iuuabat
Eſſe tuos fateor,tua ſunt & iuſſa profeßi.
Dextera iamq́; illis tua magna potentia nota eſt
Conceſſumq́; mihi,conceßi munus id illis,
Eſſe tuum non me inuiti profitentur alumnum
Et tua plane animis me iuſſa faceſſere credunt.
Nunc ego te votis onero,precibusq́; fatigo
Illos aſpicito, bonus obliuiſcere cuncti
Criminis: hæc illis mundo non opto prophano

Electis

Electis faueas, tua turba eſt omnis & omnis,
Quicquid vbiq; meum eſt, & quicquid vbiq; bonorum eſt
Muneris omne tui eſt, quicquid tua dextera cōtrà
Poſsidet omne meū eſt, commune eſt fœdus vtriq;,
Vlterius nec me cernet fœdiſsimus orbis.
Illi autem in terris extrema per omnia durant,
Teq; ideo poſco, pater ò ſanctiſsime fulci
Numine, quos olim ſacra mihì ſorte dediſti,
Semper vt in ſeſe maneant, ſint ſemper & vnum,
Nos vnum veluti ſumus, hinc vnumq; manemus.
Quando aderam cinctus mortalibus artibus illis
Ipſe tuo lectos ſeruabam nomine præſens.
Quos Deus alme, mihi genitor quos alme dediſti,
Prodidit vt vatum verè ſcriptura priorum
Seruaui, exempto, periјt qui flebilis, vno.
Hæc refero flexo genitor te poplite adorans
Vt mea ſentiſcant perfecto gaudia vultu.
His tua iuſſa dedi, turpiſsimus odit at illos
Mundus, nil etenim mortalia regna morantur.
Ipſe velut vano exiſto contrarius orbi.
Exime non mundo, non hæc me cura fatigat,
Incolumes ſed eos tua dextera protegat omnes.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Dedita non turpi ſunt friuola pectora mundo,
Sicut ego faſtus non mundi ſector inanes,
Lumine cœleſti luſtres, & lumine ſanctos
Effice ſumme tuo pater illos, nam nihil vſquam
Verius eſſe tuis poterit, nil pulchrius extat
Præceptis, vti legatum me munere ſacro
Miſiſti, haud aliter ſocios tua iuſſa ferentes
Inſtruo, ſponte ſacræ iam pro quibus immolor aræ,
Lumine me dio luſtrans, vt lumine contra
Veſtiam eos ſacro, cœli faciamq́ nepotes.
    Non ego pro ſocijs ſaltem, ſed & omnibus illis
Fundo preces, moniti tua qui non dogmata rident
In melius verſi tua ſed præcepta faceſſunt,
Sint vt idem, veluti ſumus vt nos ſemper & vnũ
A patre me totus miſſum quo cenſeat orbis.
Lumine luſtraui, claris & honoribus illos
Indui, vt vnanimi ſint vnum pectore, & ore
Nos fuimus, ſumus ac erimus re, nomine vt vnũ,
Totus eis inſertus ego ſum totus vt in me
Inſitus es, cuncta quò ſint ex parte beati
Vtq́ tuis mitti me iuſsis improbus orbis
Cernat, & hos, quo me, bonus amplectaris amore
Summe parens cupio lectos mihi ſemper adeſſe

Illi ſplendorem, maieſtatemq́ verendam
Quo coram luſtrent ego quam ſum diues adeptus
Per te cum toto naturæ vultus in orbe
Nullus adhuc erat, atq; aberat plaga lucida cœli.
Antè pater multo tu me complexus amore es,
Nouerat & genitor non te iuſtiſsime mundus,
Aſt ego te totis hauſi pater ante medullis.
Hi quoq; me patris didicere capeſſere iuſſa,
Oſtendi, vlteriusq́ libens oſtendero te illis,
Inter eos vigeat quo maximus ardor amandi,
Quo me ſumme foues pater, & pater inde fouebis
Inſerti mihi ſint, ſim rurſus vt inſitus illis.

Carmina finierant almum laudantia patrem
Cum fluuium mœſtus Cedron traiecit Ieſus
Et ſe cum ſocÿs pura ſub nocte virentes
Tranſtulit in colles olea, & loca ſola petiuit.
Quos ita, quam primũ fandi data copia, Chriſtus
Affatur dictis: mihi nemo hac nocte ſuprema
Non infidus erit veſtrum, ſacra carmina produnt
Qualia: percuſſo fugient cuſtode miſellæ
Vndiq; oues. Sed cum ſæui poſt vulnera lethi
Victor ouans ſurgam, Galilæas primus ad oras
Ibo. Petrus contra dictis, & pectore feruens

Hæc fatur, cunctoſq́ timidos, cunctoſq́ fugaces
Si metus arguerit. non hoc in pectore, non hoc
Talis erit virtus, nec ſic mea dextera pugnis
Aſſueta eſt, quin me duris male corripe verbis,
Tergora cum dare me truculento videris hoſti,
Nulla tuis poterit me vis abiungere rebus
Tecum extrema ſequar: Cui contra talia Chriſtus
O Petre magnanimo cui nunc ea copia fandi,
Omnes irritans ventos, omneſq́ procellas
Quàm ſua criſtatus bis carmina perſonet ales
Ter me periurus, ter perfidus ore negabis,
Mendaci in lingua, pedibusq́ fugacibus iſtis
Aceteris, quæres, celeri in racieſq́ ſalutem
Ipſe fuga, aſt animi robur magis vſq́ magisq́
Spondebat Petrus, & lucis ſpernebat amorem,
Nec minor eſt reliquis virtus, nec copia Martis.
   Hinc mox GetſamenChriſtus tendebat ad hortũ
Hic locus irriguis erat optatiſsimus vndis,
Contulit huc ſe cum ſocÿs mœſtiſsimus Heros,
Non erat ignotus locus hic, non hortus Iudæ,
Namq́ iter huc crebro, & greſſus flectebat Ieſus.
   Mox ait, hac, ſocÿ, paulum conſidite terra
Hinc me tranſtulero, & quo ſacra effudero vota,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Poſt ſocios numero ex omni miſerabilis heros,
Petrum,& legit Iohannem,fratremq́; Iacobum,
Caſta Zebedæo coniunx quos edidit olim.
Indignos animo euentus,indignaq́; ſecum
Supplicia exhorrens tremuit pauor acer anhelos
Concutiens artus trepidantem pectore fecit.
Horruit infandam proles ſata virgine mortem
Hinc ait ingenti trepido formidine pœnæ,
Cor mihi & ingenti curarum fluctuat æſtu
Vſq; anima ad lethum triſti eſt confecta dolore
Iam mea,cum letho & nimium luctatur amaro,
Orate & voſmet precibus ſeruate ſacratis.

Ad lapidis iactum Chriſtus poſt flectit ab illis
Aeger humi ſedet,ægra labãt genua, ægraq́; mem-
Haſq́; preces fundit paſſis ad ſydera palmis: (bra
O pater alme meas,pater has haurito querelas:
Nunc libet immerſum me triſti cernere morti?
Eripe me letho, cruciatibus eripe diris,
Eripe me miſerum letho,tua flecte ſeuera
Conſilia in melius,duroſq́; auerte labores.
Si tamen id fixum ſedet atq; hæc certa tibi mens
Ibo,morte mea veterum ſcelus omne piabo.

Hinc

Hinc iter ad ſocios relegit, quos gramine campi
In viridi, toto proflantes pectore ſomnum
Inuenit, & Petrum dictis affatur amicis:
O Simon tantum libet indulgere ſopori?
Nec potes inuictum preſsis prohibere per horam
Luminibus ſomnum? O ſocij vigilate, preceſq;
Fundite nunc querulas, & triſtia fundite vota
Orate, & precibus triſtes auertite caſus.
Spiritus eſt alacer, vires ſed corpora fractæ
Deficiunt, atq; ægra labant in corpore membra.
Rurſum iter auertit ſocijs, & pectore toto
Dat gemitũ, fundenſq; preces ita fatur ad auras:
Alme pater, genitor dulciſsime ſuſcipe vota
Quæ querulo fundo de pectore ſuſcipe vota,
Eripe me letho infando, diriſq; periclis
Eripe me, in melius de me tua verte ſeuera
Conſilia, & lachrimas has aſpice, ſin tibi certa
Hæc animo, & ſemper ſtabit ſententia menti,
Adſum, morte mea crimen commune refellam.
Inde iterum ſocios halantes pectore ſomnum
Inuenit, inuictum haud oculis defendere ſomnũ
Vlterius poterant, mæſtis quibus ille pepercit,
Lætitiæ ibat inops, ibat miſerabilis heros

Ingeminanſq́; preces, non euitabile lethum
Sperabat fugere, & duros vitare labores:
Si fas ſumme pater, tua ſi ſententia flecti
Iure poteſt, pater inſonti mihi parcito, verum
Sit tua, ſit potior ſemper ſententia noſtra,
Nec generi humano gnati niſi morte ſequeſtra
Placaris, moriar pro gentibus omnibus vnus.
    Illi autem rutilo puer actus ab æthere præpes
Multum exoptatus pictis circum aſtitit alis
Dicta ferens patris, in tanto ſolatia rerum
Turbine, qui curas acres, gemituſq́; leuabat.
Namq; illi toto rumpebat corpore ſanguis
Sanguinis aut inſtar fluidæ ibant corpore guttæ
Omnibus & ſudor membris atq; artubus ibat
Omnibus, ad tantos trepidanti pectore caſus.
    Iam prece finita ſocios ſe vertit ad ægros
O miſeros ſolis, noctiſq́; laboribus hauſtos,
Illi autem oppreſsi ſomno curiſq́; iacebant
Quos ita compellat triſtes heu triſtior ipſe.
O ſocij vigilate mei, ne Somnus ocellos
Opprimat, en nunc tempus adeſt, iã flebilis hora
Imminet, hacce palæſtina ſata virgine proles
Funere mergenda obijcitur mortalibus ægris.

Surgi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Surgite, quin celeri properemus tramite greſſus,
Proditor haud procul hinc aberit periurus Iudas,
Orate, & precibus voſmet ſeruate ſacratis.
Ecce autem interea ſcelerum fundator Iudas
Compoſito diros vocat hoſtes vertice ab alto
Primores illi Procerum, effœtiq́ſ ſenecta
Quos dederant, & turba ſacris quæ præſidet aris.
Colligit, & comitem ſe vltrò venientibus offert.
Longius arma micant haſtam gerit ille trabalem,
Ille faces inſpicatas gerit ære rigenti,
Hic enſem ferit, ille at ſtupea vincula geſtat,
Sic ſcelerata acies ibat longo ordine Iudæ.
Iamq́ʒ pij ſcelus id prætexens nomine amoris
Hoſtibus hoc ſignum dederat cui baſia labris
Fixero, vos vinclis palmis poſt terga ligatis
Prendite, venturi magnus ſed præſcius Heros,
Hoſtibus ille ſuis ſeſe quærentibus offert.
State viri quæ cauſſa viæ? quem quæritis, inquit,
Exangues, trepidiq́ʒ metu profitentur Ieſum,
Quos contra affaturChriſtus, quẽ quæritis, adſum,
Hortator ſcelerum his aderat periurus Iudas.
Ilicet ad vocem Chriſti, mirabile viſu,
Procubuere, ſoloq́ʒ ingentem effuſa dedere

Arma ſonum,reboant ſiluæ, tremit ardua tellus,
Quos iterum alloquitur ſomnis vinoq́; ſepultis
Aſsimiles,quid tanta manus ſibi quærit & arma?
Hi de Nazara trepidi profitentur Ieſum
Ipſe ego quem dixtis toties quem quæritis,adſum
Hos ſinite illæſos nihil hi meruere,nec auſi:
Atq; ita quæ veteres cecinerunt carmina vates
Sunt impleta, datos ſcruo tueorq́; fidelis.
Illita compoſito dat vultu baſia felle
Proditor interea & ſcelerum fundator Iudas:
Salue,chare,refert,ſalue dilecte Magiſter,
Ille dolum præſenſit,& hæc contra edidit Heros
Hæc amor,hæc noſtri Iuda meruere labores
Oſcula,cur ſcelus hoc auſus,cur turpia furta?

Vix ea fatus erat,circumq́; effuſa iuuentus
Irruit & vinclis Chriſtum conſtringit iniquis,
Talia luſtrantes ſocij,accenſiq́; dolore
Pectora,ad arma ruunt,& herũ defendere tentãt.
At ſenior Petrus vagina liberat enſem,
Terq́; rotans inhoneſtũ inhoneſto vulnere tempus
Occupat,& Malchæ dextram ferus amputat aurẽ,
Qui famulus Caiphæ hærebat,fiduſq́; miniſter.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Hæc luſtrans Heros, dictis his temperat iram.
Hos ſinite, & cæco ruere impete mittite, tuq́;
Indue vagina gladium Petre, quiſquis es enſe
Qui certas gladio nequaquam impune peribis.
Aut adeone putas centum non agmina poſſe,
Stellataſq́; acies patrem mihi mittere ab arce
Siderea? aut triſti ſubmergi funere non me
Fas erit? & patris imperio parere ſupremi?
Non ita; Quî vatum poſſent monumenta prioru͂
Impleri? fieri iſta decet, fieriq́; neceſſe eſt.
Vix ea finierat Chriſtus, dextramq́; tetendit,
Deciſamq́; loco rurſum prius vnde reſecta eſt
Applicuit, medicaq́; manu tum protinus aurem
Affixit, quæ nulla hæſit ſanata dolore.
Hæc vbi Primores populi, Proceresq́; ſacratos
Ingentemq́; manum cuncta de plebe coactam
Alloquitur: ſcelerata acie, inſtructaq́; phalange
Me, velut autorem ſcelerum petijſtis inermem.
Nonne palam totties ſacra conſpectus in æde
Conuentu in magno expedij præcepta tonantis,
Cur tum non armis me corripuiſtis inermem?
At nox iſta omnes dirum vos ducet ad orcum
Mentibus hæ tenebræ infuſæ, caligoq́; veſtris,

Omnia

Omnia veridico ſacrorum vt carmina vatum
Fine abſoluantur, nil fictum deniq; falſum.
Illi quippe Deo cecinerunt pectora pleni:
Dixerat, at Socij fugiunt dicto ocyus omnes.
Diffugere metu, curſu nemora auia feruent,
Aſpiceres Iuuenem iam captum, & veſte relicta
Elapſum manibus, volucri petere ardua curſu
Lintea certè illi corpus iuuenile tegebāt,
Quæ circumuentus membris linquebat apertis.
Hinc illi[illegible] ſcelerata manus nec mitior illa
Militiæ Princeps tantæ, fœdiq́; miniſtri,
Apprenſo inijciunt mox ſtupea vincula collo,
Captus ad immanem Chriſtus deducitur Annam
Hic affinis erat Caiphæ. tunc temporis autem
Primus erat procerū ſanctiſsima munera propter,
Hic Caiphas toti populo perſuaſerat ante
Pro populo vt letho lueret, proq́; omnibus vnus
Referre, ignarus non ſuaſit inutile, rerum.
Iamq́; Sacerdotis ſubeunt magna atria primi,
Ilicet huc tota paſsim concurritur vrbe,
Primores adſunt Procerum, Caiphasq́; Annasq́;
Et reliqui vatum voluunt qui ſcripta ſacrorum:
Interea caſum Petrus infelicis amici

Proſequitur mœrens, lateri cui proximus ibat
Alter adhuc Iuuenis, longè, & comitantur Ieſum
Magna Sacerdotis ducebat ad atria ſummi
Quo via. Cui ſocius Petri haud ignotus amicus
Ante erat, hic vna Chriſtum comitatur euntem
Tecta ſacerdotis intra ſublimia primi.
At Petrus ante fores ſtabat nocturnus apertas,
Triſtis, inops animi, Iuuenis quem cognitus Annæ
Cum famula peragens tecta intra duxit aperta
Aſt famulis infra ex prunis feruentibus ignis
Atria (namq; gelu tellus concreta rigebat)
Structus erat, quibus aſtabat miſerabile viſu
Petrus & ingentes voluebat pectore curas.
Exitus expectans, quis fortè maneret Ieſum,
Et pariter corpus pandens exangue calori.
Ollum ſerua domus curæ cui ianua herilis
Prima videt tenebras inter prunaſq; micantes,
Terq; quaterq; notat quæ poſt ſic farier orſa eſt:
Tune quoq; & ſcelerum conſors, Chriſtiq; ſatelles
Vnus es? inficias it contra, & territus ore
Cognitum herum negat, & dictis, & voce refutat
Atq; amens adeo mentitas fingere voces
Audet, ſe vt ſimulet charum neſcire Magiſtrum.

Sed

Sed Chriſtũ procerũ primus, primuſq́ Sacerdos
Inquirit, quoſnam ſocios, quæ dogmata porrò
Ipſe palam ſereret? Quem talibus excipit heros.
Tecta intra ſacra, tecta intra docui ipſa Scholarũ
Libera verba, locis nec cæcis conditus antris
Diſſerui, quin conuẽtu in populi ſum vera locutus
Cur me, cur alios potius non talia quæris?
Qui me, qui toties mirati ſacra docentem
Iuſſa patris, poterint illi tibi cuncta fateri.

Vix ea fatus erat, cum ſacræ præſidis aræ
Seruus ei infringit colaphum fœdiſſimus vnus
(Verbere mala crepat Chriſti, colaphoq́ tumeſcit)
Qui fuit, & Domino ſimilis furtiſq́ doliſq́
Tene Sacerdotem ſic ſummum affarier eſt fas?
Inquit, & inſultat petulans immanibus auſis.
Triſtior his contra quem dictis increpat heros,
Si quid ego falſum, fictum, iniuſtumq́ profatus,
Affer, & hic præſens præſentem vincito veris,
Sin minus iſta tuam, cur nam petulantia pectus
Verſat? vel cur immeritum, cur cædis inermem,
Illum ſed Caiphæ vinctis poſt tergora palmis
Primori Procerum miſit ſæuiſſimus Annas



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Interea Petrum exanguē, ſola feruida prunis.
Excipiunt, mora nec longa eſt cum voce negarat
Mentis inops primo Dominum fidumq́; magiſtrū
Acrem criſtatus quando vocem edidit ales,
Altera poſt ancilla Petrum luſtrabat ocellis
Incipit, & digito monſtrat præſentibus illum.
Hic etiam Chriſti vere fuit ante ſatelles.
Illi, quem terrent dictis verbiſq́; moleſtant
Vnus es ex ſocijs, perhibent, tu nuncquid Ieſu
Fare age? Tu ſocius verè es, veruſq́; ſatelles
Alter ait; fidum negat, & negat ille magiſtrum.
Et charum iam lucis amans abiurat amicum.
I nunc & verbis effer te Petre ſuperbis:
Hæc mea non virtus; non ſic mea dextera pugnis
Aſſueta eſt, poterit me vis abiungere rebus
Nulla tuis, pro te contemnam lucis amorem.
Vnius attigerat ſpacium vix ſignifer horæ
Ex famulis affirmat idem, cunctiſq́; miniſtris
Alter adhuc quando, numerū non vltimus imples
Ipſe ſatellitij Ieſu, Galilæa prodit
Patria te? ruit inde ferox atq́; improbus ore
Ipſe ſacerdotis famulus, fœduſq́; miniſter
Multus amicus ei, patulam obtruncauerat aurem

Cui Petrus enſe, refert, viridi dic nūcquid in hor-
Nonne ego te vidi rutilitantē cominus enſem? (to
Pro quo ſe toties morti deuouerat antè,
Abnegat, abiurat, nec eum ſe ſcire fatetur,
Atq; ſibi diras totiès, totiesq́; precatur
Nouerit, aut Dominum vitæ ſi viderit vnquam?
Vix ea finierat, Criſtatæ ſigna volucres
Quando dabant iterū mediæ prope noctis abactæ.
Ilicet ad Petrum Dominus ſe vertit, & illum
Terq́;, quaterq́; oculis trepidantē luſtrat honeſtis.
Tunc monitus verborū heros quæ extrema cane-
Ingeminent quā bis criſtatæ ſigna volucres, (bat
Infidus ter me Simon prius antenegabis.
At Petrus exibat, rorantia limina gemmis
Cernere erat, lachrymisq́; genas & fletibus ora
Squallere, & multo concretam flumine barbam.
Primores porrò Procerum cunctusq́; ſenatus
Accerſunt varios teſtes mentita ferentes
Verba Deum contra, quo triſti funere Chriſtum
Mulctarent, ſtudia at fœdi in contraria fecti
Nequicquam ſua conciliant, licet ordine multi
Falſiloquis ſurgant dictis, & ficta profentur,
Ante alios duo furtorum, fraudumq́; potentes
Aduo-

Aduolitant, nugisq́ onerant & crimine Chriſtum
Auribus his noſtris has voces hauſimus (aiunt)
Abſumam ſacram flammis crepidantibus ædem
Atq; nouam tribus exactis poſt ſolibus, ædem
Non hominũ manibus condam, non arte magiſtra.
Diſsidet aſt inter ſe ficta calumnia dictis.
Hinc Procerum primus Caiphas affatur Ieſum:
Quid maleſane taces? non tales ore refellis?
Nil te dicta mouent? nil crimina fœda moraris?
Sed tacito Chriſtus non ore ſilentia rupit.
Tunc iterum Caiphas vinctum compellat, aitq́;
Tune Dei ſoboles vera es? tu miſſus ab alto
Aethere, qui rutilo manes inferret olympo?
Maxima per ſummi obteſtor te numina cœli,
Fare age, diſsimula, non te quærentibus vltra.
Chriſtus adhæc: Fictis tandem deſiſtite verbis
Sum quod ais, ſummi ſoboles æterna parentis.
Vera loquor verè nec iam mora longior obſtat,
Cum regnanda mihi cedet plaga lucida cœli,
Et patris in nitida dextram luſtrabitis aula
Amplexum, hinc terram petere aſpicietis eundẽ,
Fulgenti in nebula, fulgenti in nube viciſsim
Tunc tunicã abſcindẽs ſummus de more ſacerdos

Vlterius quid lucis eget res clara tot amplis
Indicijs? ait, ipſe palam ſcelus omne fatetur.
Quid vobis viſum eſt? illi omnes agmine facto
Funere mulctandū cenſent, clamantq́ frequētes.
Turba miniſtrorū qui vinctum terga trahebāt,
Certatim illudit Chriſto, & fœdiſſima ſanctam
Excreat in faciem, colaphis caput omne tumeſcit,
Verbere mala crepat, pars barbam vellit, & aures
Vellicat, at faciem pars ſanctam obnubilat, alma
Lumina veſtitu pars & turpiſſima obumbrat,
Hinc capiti infligunt auſis crudelibus ictus.
Et vates, referunt qui te modo percutit effer
Ecquis erat? quis demulcet tibi tempora pugno
Chriſte refer? ſancto perſtant ſic ludere Chriſto.
Poſtera iam lucē cum aurora reduxerat almā
Primores procerum cuncti, populusq́ ſenatus,
Effœtiq́ viri ſenio glomerantur in vnum,
Conſilia expediunt, Chriſtum quo funere mergāt,
Et vinctum ſiſtunt rapidi ad crudele tribunal.
Talibus aggreſſi: ſuperum tu vera propago?
Tune Dei ſoboles vera es? tu Chriſtus ab alto
Aethere, venturum vates cecinere priores
Quem toties, miſſus? Quos contra affatur Ieſus:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Vera ego quod de me cunctis ſi pandero vobis,
Amentes minimè dictis confiditis, at ſi
Quæſiero, contra voces non redditis vllas,
Emiſſum vinclis nec me dimittitis arctis,
Atq; adeo poſt me ducis omnipotentis olympi
Amplexantem ipſi dextram luſtrabitis almam.
Ergo aiunt, patris æterni tu vera propago es?
Ille, refert, verè ſum quem me dicitis, vnà
Tunc omnes quid lucis eget, quid teſtibus vllis
Indiget vlterius res hæc, nos hauſimus ipſi
In ſuperos illum conuitia ſpargere dira.
Iamq; Deũ vinctis manibus poſt terga trahebãt
Præſidis ad ſedem, Syriam frenabat opimam
Qui iuſſu Tiberij Romani Cæſaris, ortus
Pontius inſignis Pilatus origine Romæ.
Parte alia ſcelus agnoſcit periurus Iudas.
Mutatus, triſti cum Chriſtum funere mergi
Cerneret, argentum precium exitiale reponit.
Atq; ſacerdotum ſacratam tendit ad ædem
Vociferãs, veſtrũ hoc argentũ, & munera fraudis
Heu demens heu quid volui? quid criminis autor
Ingentis ſcelus admiſi? dolor ô dolor ipſe
Aeternam ſobolem patris omnipotentis olympi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Obieci vobis: Olli riſere gementem,
Atq; aiunt quid nos? te cura hæc torqueat, illud
Videris ipſe, nihil nos hæc tua furta moramur,
Vltrò deſpondentem animum iuuere ſceleſti.
Protinus argentum Proceres coniecit in ipſos,
Incertuſq; animi miſer, ingratuſq; ſalutis
Protinus ingenti curarum carpitur æſtu,
Exercet Nemeſis, ſtygiæ exercentq; ſorores
Illum, nec requies, mora nec datur vlla ſaluti
Informem prona ſed nectit ab arbore nodum,
Suſpenſus nimium pondus proh triſte pependit,
Et laqueo informi miſer eſt extrema ſequutus,
Vitaleſq; auras eliſo gutture rumpens,
Viſcera proiecit, totoſq; extabuit artus,
Vitaq; cum gemitu fugit indignata ſub Orcum.
Primores porrò Procerum cunctuſq; Senatus
Argentum accipiunt ſcelerato in munere pactum
Non erit hoc (perhibent) ſacris fas condere tectis,
Argentum, quia roranti de ſanguine partum eſt,
Conſilium expediunt aliud, figuliq; triginta
Acquirunt nummis his exitialibus agrum.
Exulibus monumenta viris, ſolatia egenis,
Idq; Palæſtinis mox paſſim innotuit oris,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Fundus & eſt poſthac roranti à ſanguine dictus,
Tunc impleta ſacri Ieremiæ carmina vatis
Qui cecinit nummos proceres ſumſiſſe triginta
In pactumq; datos, quo eſt venditus ære ſolutus,
Et figuli fundum nummis emiſſe triginta.
Iamq; Sacerdotes fremitu circũ omne replentes
Veſtibulum, iuxta ſtabant, de his namq; licebat
Nulli luce ſacra pollutum inſiſtere limen.
Tandem Romulides iuuenũ ſtipante caterua
Faſcibus egreditur patrijs, hinc ſedit eburno
Ante fores ſolio, dictis his labra reſoluens:
Dicite quo tandem demitti funere morti
Poſcitis hunc iuuenem? quæ fœdè dira patrauit
Crimina? cui contra Patres eadem ore frementes.
Hortator ſi non ſcelerum, fraudumq; Magiſter
Eſſet, an hic vinctus foret vnquam traditus? illis
Pontius hæc contra quin veſtris legibus illum
Abripite, & rigidæ tandem demittite morti.
Tum Proceres non fas vllũ nos funere acerbo
Mergere, veredico ſic quæ fuit ore locutus
Præſcius, hæc veris reſpondent omnia dictis,
Cum genus & mortis, cum triſtia funera Chriſtus
Explicuit ſocijs, & cuncta arcana recluſit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Aſt ingens cunctis penitus dolor oſsibus arſit
Atq; ſacerdotes, fandi & doctiſsimus Annas
Orſi eadem, inq; vices dictis, & crimine certant.
Virtutum hic facie dulcem mentitur amorem,
Alto ſed ſcelerum eſt illi ſub corde cupido.
Hortator ſcelerum multos ſermone fefellit,
Arrexitq; omnes monſtris ingentibus oras,
Induperatori male vectigalia ſummo
Vocibus auertit, prohibet dare voce tributum
Seq; adeo Regem totius iactitat orbis,
Non ſcelerum facies, non fraudum mille figuras
Poſſumus exacta cunctas nos luce referre.
Pontius extemplo repetit prætoria, dictis
Talibus atq; alijs Heroëm affatur, & infit:
Fare age, tune palæſtinis Rex natus in oris?
Vnde domus, præclara tibi vnde effer origo?
Quem contra verbis Chriſtus dignatur amicis.
Dic age num proprio depromis talia corde?
Aut ſuggeſta tibi loqueris? Cui Pontius iſta:
Nuncquid ego Iudæorum de gente profectus?
Turba ſacerdotum tibi me, gens & tua vinctum
Tradidit? Ergo refer quo tandem nomine lethum
Intentent tibi? cui contra pulcherrimus heros:
Nil ego

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Nil ego regna moror mortalia, ſi mihi regnum
Cederet hoc quodcunq; mei pro me horrida bella
Tractarent, vinclis vinctus ne traderer arctis.
Aſt nil huius ego moror atria, regnaq́; mundi.
Pontius, Ergo, refert, profiteris nomina Regis?
Non ego regali natum me ſtirpe negarim,
Chriſtus ait, Rex & veri veriſsimus adſum
Teſtis, & hunc ideo veni legatus in orbem.
Quiſquis amat verum, me diligit ille, meoſq́;
Sermones haurit, mea promtus iuſſa faceſsit.
Romulides verum quid ſit contatur Ieſum,
Vix ea fatus erat, quando atria magna relinquit.
Pontius, atq; extra ſeſe prætoria portat,
Præſentesq́; viros, ſic eſt affarier orſus.
Vidimus inſontem, nos vidimus inq́; merentem,
Non ſcelus admiſit, cunctiq́; eſt criminis expers.
Ipſe ego præſentem affatus, coram omnia vidi.
Ille autem tacito premit alta ſilentia corde,
Nil illum populi rumor, nil improba flectunt
Iurgia, falſiloquis nec turpia ſpicula linguis.
Romanus quem ſic mutum, ſic cuncta tacentem
Alloquitur: Cur non crimen tam grande refellis?
Nil tamen his Heros minus alta ſilentia rumpit:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Pilatus miratur eum, mirantur & omnes
Quid taceat, porrò quæ ſtet ſententia menti.
At nil turba minus rixas, atq; aggrauat iram:
Illum progeniem ſeſe omnipotentis olympi
Fingere, et hinc cunctam fando ſeducere plebem,
Primaq; monſtra illum Galilæas duxe per oras,
Vſq; huc infeciſſe omnes, ſparſiſſeq; virus.
Pontius inuitis non tales auribus hauſit
Sermones, confeſtimq; hæc contatur Ieſum.
Vitales nuncquid Galilæis primus in oris
Hauſerit ille auras, quæ poſtquã vbi vera notauit,
Munere vt ingrato tandem ſe ſolueret, illum
Herodi miſit Galilæum, mox Galilæo,
Qui tunc ſacrorum ſtudijs aduenerat vrbem.
Ilicet Herodes audito nomine Chriſti
Lætus, & ingenti ſubitò correptus amore,
Tecta intra duci iubet, & coram ora tueri,
Accipere, & rurſum ſimul optat reddere voces,
Signum aliquod ſperans, varijs ſermonibus illum
Aggreditur, ſed nuſquam oculos vertebat olympo.
Nec tacitus voces edebat triſtior vllas.
Turba Sacerdotum & primi de gente Iebudæ
Fraudibus inſtabant, cupientes funere mergi
Inſon-




Inſontem. Nil ſupra hominem miratus at illum
Herodes, famuliq́ꝫ omnes, cunctiq́ꝫ miniſtri
Illudunt capto, niuea ad prætoria duci
Indutumq́ꝫ toga iubet, hinc diſcordia grandis
Pilatum, Herodemq́ꝫ inter ſublata quieuit,
Antea rixarum quia ſemina vterqꝫ fouebat.

Pontius vt vinctum duci ad prætoria vidit
Primores procerum, & primos de gente coëgit
Quos vbi conſertos vidit, ſic farier infit:
Huc hominem (noſtis) vinctum ad prætoria duci
Iuſsiſtis, populum qui ſeditione moueret,
Arrigeretq́ꝫ omnes monſtris horrentibus oras,
Ipſe autem mihi quam primum data copia fandi,
Cuncta hauſi coram, res expendiq́ꝫ ſubinde,
Inſontem video, ſtimulis exercet amaris
Vos vero Herois virtus, & gloria ſurgens,
Nec minus Herodes inſontem agnoſcit & illum,
Vos vidiſtis enim coram quæ crimina Rege
Intentata illi, haud lethum meruere nefandum.
Atqꝫ aditus omnes tentans, iterumq́ꝫ retentans,
Mulctatum loris duris vult ſoluere vinclis.

Tandē vbi ſeſe iterū oſtendunt antiqua paren-
(Relligio quondam) feſtis iam ſacra diebus, (tum

Præſes vt è vinclis genti dimitteret vnum,
Quem peterent votis. Frenabat carcere porrò
Infamem ſcelere, & latronis nomine fœdum
Ante alios, Barabam, furtis qui immanior omnes,
Hic dudum in vinclis pœnam expectabat amarã
Nullis fas pueris, illi innuptiſq́; puellis
Parcere, vaſtabat ferro nocturnus at omnes.
Gens igitur collecta omnis ſtat præſide coram,
Et veterem poſcit rem conſuetudine duci.
Quos ita Romulides dictis affatur amicis:
Inueterata animis ſedet hæc ſententia veſtris,
Infeſtum vt feſtis ſoluam de more diebus.
Ergo animos adhibete, vnũ mihi dicite, quemnã
Aut Barabam, aut Chriſtũ vinclis dimittier arctis
Vultis, nam noua nunc non primũ crimina cernit
Scit fabricata odijs Procerum, inuidiaq́; Senatus.
Romanum interea monet ad prætoria coniunx
Territa nocturnis monſtris, & territa viſis,
Polluat inſonti ne ſeſe ſanguine, multa
In ſomnem paſſam, multa & portenta minari.
Vittati verò proceres, plebiſq́; ſenatus
Eumenides, ſtygioq́; omnes è fonte miniſtri
Circumeunt, ſtimuliſq́; agitãt malè pectora plebis

Vt



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Vt Barabam poſcant vinclis, pœniſq; ſolutum,
At Chriſtum triſti tendant abſoluere letho.
Quos ita compellat Præſes, quem vultis vt arctis
Emittam vinclis? cuncti ſimul ore fremebant,
Hinc Barabam poſcunt. Sed contrà Pontius omnes
Perpendens aditus, ſtabat ſermone paratus
Has iterans, iteransq; iterumq; iterumq; loquelas
Quid vero immerito vultis decernier, illi
Quem vocitãt Chriſtũ? ſimul hunc dimittere vin-
Tentabat, cœci illi odijs, cœciq; furore, (clis
Vociferantur, & hinc eadẽ cuncti ore frequentãt,
Tollito, dede neci ſubitò crucefige trabali,
Inuictus tamen atq; odijs obſtabat iniquis:
Deniq; quod ſcelus admiſit, quod deniq; crimen
Præſes ait, quin inſontem, immeritumq;, recuſo
Funere merſurum me triſti, & funere acerbo
Inſonti immeritas ſumturum à ſanguine pœnas,
Mulctatum loris corpus iuuenile, nefandæ
Eripiam morti; inſonti parcamq; cruori.
Illi autem ingeminant diras, dirasq; loquelas
Tollite, dede neci ſubito cruce fige cruenta,
Talibus atq; alijs acuunt rumoribus iras,
Atq; obſtant ſumma ſtudijs Rectoris opum vi,

Inui-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Inuictumq́; trahunt, ſtudijsq́; ingentibus vrgent.
Pontius ergo illum loris, virgiſq́; ſalignis
Mulctari iubet, atra cohors, atq; aulica pubes
Præſulis abripiunt intra prætoria vinctum.
Veſtibus exutum longa ſtipante caterua
Purpurea exornant palla, tunicaq́; rubenti
Ex ſpinis textam paliuri deinde coronam
Sidereo capiti imponunt & arundine dextram
Pro ſceptris armant, & crebro poplite flexo
Hæc iterant ſalue Rex inclyte Iudæorum,
Hinc caput æthereum palmis, & verbere tundunt,
Atq; oculos in ſidereos ſpuit improba turba,
Temporaq́; & tereti pulſantur arundine ſancta.
Et proſtrati illum cuncti venerantur, adorant.
Romulides extra inſontem prætoria ſiſtit,
Atq; ait, aſpicite, immeritũ, aſpicite inq́; merentẽ.
Hic nihil eſt auſus, potuit nil, cernite coram,
Purpura & indutus pariter, ſpiniſq́; corona
Horrenti, viſu mirabilis ibat Ieſus.
Pontius en, ait, ò hominem luſtrate miſellum,
Quippe eius largum ſudabant membra cruorem,
Squallebantq́; nimis detectæ verbere coſtæ,
Sanguine concreta eſt barba, & turpata cruore,



Et niuei fœdati artus, pro vulnere totum
Corpus erat, nil infeſtum, nil vſq; licebat
Cernere fœdatum, niſi totum vulnere corpus.
Primores illum Procerum, inferniq́; miniſtri
Quam primum infandis oculis vultuq́; tuentur
Vociferantur eum, crucefigito, figito turpi.
Romanus contra cruce vos hunc figite, namq;
Criminis expertem video: fremit omnis & omnis
Iudæus, Legemq́; ſuam teſtantur & ipſa
Lege ſonant cuncti, letho mulctabitur atro.
Nam ſe progeniem eſt ſummi mentitus olympi.
Pontius his dictis magis, & mage territus, hau-
Extemplo rurſum ſeſe ad prætoria vertit, (ſtis,
Omnes pertentatq́; vias vt ſtemmatis ortum
Atq; domum patriam diſcat, dictiſq́; moleſtat
Heroa inuictum. nullo dignatur Ieſus
Quem contra alloquio: mox atro pectora felle
Pontius exardens: mecum, indignatio fari
Inceſſit mentem? num te latet, omnia poſſim
Figere vel cruce te, vel duris ſoluere vinclis?
Chriſtus adhæc: in me penitus nil iuris haberes
Ni tibi conceſſum foret à cœleſtibus oris.
Id grauiori equidem peccati mole laborat

Qui me vinctum adeo, inſontem & tibi tradi-
dit vnquam,
Præſes ab hoc cunctas ſpeculatus tempore partes,
Solueret ingrato tandem quo munere ſeſe,
Et Chriſtum vinclis demum dimitteret arctis.
Primores verò populi, proceresq́; ſacrati,
Et diras iterat vulgus ſine nomine voces,
Cæſaris hanc peſtem Præſes citus aufer ab oris,
Regis enim claro dudum aſpirauit honori,
Aut ſi tanta animum vertunt tibi monſtra, ſolutū
Vt pœnis, vinclisq́; ſinas, tibi Cæſaris iram
Suppliciumq́; ingens demum tibi ſcito paratum,
Quiſquis enim Regum claros affectat honores,
Cæſari erit magno ſemper contrarius ille.
Hæc vbi dicta hauſit præſes, prætoria duxit
Chriſtum extra, ſeſſumq́; capit ſuper ille tribunal
Exrtuctum pharijs ſaxis, altisq́; columnis.
Tempus erat feſti lux prima exorta diei
Attigerat ſextam prope cum iam ſignifer horam,
Vndiq́; cum populus ſtudijs feruetq́; labore
Præparet vt iuſtè ſacris accommoda feſtis,
Pontius Iſacidas verbis affatur & inſit
Nunc agite, inuidiā hāc animis deſueſcite veſtris
Veſtrum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Veſtrum vltrò mites animis agnoſcite Regem.
Illi autem fremitu, & multo clamore reclamant:
Tollito, ferto moram ſubitò cruce figito celſa.
Pontius, an veſtrum diſtendam ex arbore Regem?
Turba Sacerdotum tectis præfecta ſacratis
Vociferans, non ſceptra Ducum, non regia ſceptra
Nouimus, imperium & latio ſub Cæſare faſces
Accipimus Dominos, nil regia ſceptra moramur.
Romulides magno curarum tunditur æſtu,
Nil vbi profeciſſe videt, ſed maior in omni
Ne turba in populo fiat. Tunc cedere votis,
Et precibus tandem ſimul indulgere, putabat
Dulce ſibi, haud poterat furioſæ obſiſtere turbæ
Vlterius. ſimul imbre manus, quo crimina cælet
Abluit, hæc referens vos conſcia ſidera teſtor,
Non me ſponte mea inſontem dimittere morti,
Poſcere nec ſummas rubro cum ſanguine pœnas
Vos, vos iſta manent, omnes vno ore reclamant
Et nos, & noſtram premat omni tempore prolem
Illius cruor, illius mors arguat omnes.
Tunc Barabam ſcelere infamē, furtiſq; celebrē
Vincula qui paſſus leuia haud ob crimina dudū,
Emittit, toties votis, totieſq; petitum.



At Chriſtum loris cæſum, virgiſq́; ſalignis
Deriſum toties colaphis, plagiſq́; tumentem
Conceſſit, nimium viſu lachrymabile, triſti
De cruce ſuſpendi pondus miſerabile, tandem.
Militiæ ſcelerata cohors, atq́; aulica pubes
Purpureas Chriſto veſtes, oſtroq́; rubentes
Exuit, & proprijs circumdat veſtibus illum.
Dirum ad ſupplicium multis comitantibus vnà
Per cunctos longis raptatus funibus ibat
Semianimis, morteḿq; tremens, duplicem ille fe-
Informemq́; trabē, nodis & robore iniquo (rebat.
Præualidam, ſuper is duros qua morte dolores
Finiret, ſuper & vitales clauderet auras.
Ecce trabem dum protrudit miſerabilis heros
Verticis ad montem, prius ad ſalebroſa viarum,
Simon, Cyrene cui patria, cui pia proles
Ruffus, Alexanderq́; duo, tendebat ab agris
Obuius ingenti turbæ, Chriſtoq́; labanti,
Hunc adigunt, valida vt mox ſubleuet arbore
Chriſtum,
Participemq́; oneris reddunt, moliſq́; nefandæ.
Innumeri verò, iuueneſq́;, viriq́;, ſeneſq́;
Tendebant paribus gradibus, ſtipante caterua



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Multi autem madidis, rorantia lumina gemmis
Inprimis matreſq; piæ, miteſq; puellæ,
Flebant, & triſti replebant cuncta vlulatu.
Quas vbi ſuſpirans vidit miſerabilis Heros,
Ne me flete, refert, matres indigna ferentem,
Exitium potius vobis deflete propinquum,
Debitaq; hinc veſtris pro crimine præmia natis.
Tempus erit quando ſteriles, fœtuq; carentes
Lactea nec teneris præbentes vbera natis
Felices nimium verè, vereq; beatæ
Dicentur, timidos tunc non ad ſidera vultus,
Conſcia nec ſcelerum tollent ad ſidera, corda,
Irrita multi etiam quærent ſolatia in altis
Montibus, vtq; tegant ſeſe alta cacumina, poſcent.
Namq; ea ſi viridi luſtrantur in arbore, quid nam
Accidet in ſterili ligno fructuq; carenti?
Vna autem ſcelere infames, furtiſq; nefandos
Binos addiderant ſocios commiſſa luentes,
Quos lex ad pœnas duras, mortemq; vocabat.
Golgatha iā ſubeunt, ſuperant & tramite cliuū
Auctores ſcelerum, hic letho commiſſa luebant,
Pocula corrupti, Chriſti, permiſta lyæi,
Myrrha infecta quidem, & triſti perfuſa veneno

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]


INRI


Admorunt labris ſitientibus, ille ſed hauſto
Ore tenus, renuit confeſtim inamabile vinum.
Iamq́; Heroa cruci affigunt, tenduntq́; furentes,
Directum & longo malo applicuere nefandi,
Hic vbi pendebant non cocto lurida tabo
Corpora, quæ quondam duris ſubmerſa piaclis.
Dextra vnà læuaq́; duos fixere latrones
Infames furtis, ſcelerum fraudumq́; potentes,
Extulit in medio verum longè altius arbor
Heroa, inſignem veluti furtisq́;, dolisq́;,
Vtq́; pÿ vates cecinerunt prouida corda:
Autores ſcelerum fœdos numerabitur inter.
Tertia lethalis iam fugerat hora diei,
Chriſtus vt affixus malo, clementior æquo
Hoſtibus orabat veniam, pater aufer id illis
Crimen, & ignaris rerum, cæciſq́; furore
Parcito. Romanus cauſſas in ſtipite mortis
Condebat crucis: interea, ſublimis ab alto
Vertice ſurgebat quæ informibus vndiq́; nodis,
Iēſus NaZarenus Rex Iudæorum.
Iſta palæſtini voluebant ſcripta frequentes,
Nam locus haud ſolyma multum diſtabat ab vrbe,
Hic vbi lethali eſt ſuſpenſus ab arbore Chriſtus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Quippe palæſtina, latia, linguaq; pelaſga
Condita erant, patribus ſed non hæc ſcripta placebant.
Ergo Romulidem vt mutet quod prouidus ante
Pectore condiderat non gnaro nempe Tonantis
Conſilij, affantur, non tu qui, ſcribito Regem
Iſacidas premat imperio, ſed Regis honorem,
Sceptraq; qui dudum mentitus regia, condas.
Pontius hæc contrà: non hoc abolebitis vnquã
Et firmum quicquid mea dextera condidit, eſto.
Militiæ ſcelerata cohors, ſcelerata peregit
Quando miniſteria, & Chriſtũ trabe fixit in alta,
Et teneras rigida terebrauit cuſpide plantas,
Largus vt à celſo manauit ſtipite ſanguis
Quando Dei veſtes multo certamine tendunt
Partiri famuli inter ſeſe, & quatuor omnes
In partes poſitas, rapiunt æqualiter vnà.
Sed tunica haud rimis fuit intercreta, nec vlli
Suturæ patuit, nec ob hoc erat apta ſecari.
Ergo trahunt ſortes communi nomine cuncti
Prædixere ſacri fore talia carmine vates.
Conſedêre illic, duroſq; in morte labores
Heroa, heu patientem animo, clipeata tuentes

Agmi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Agmina ſeruabant procul eradiantibus armis.
Pone crucem genitrix ſtabat (miſerabile viſu)
Muta metu, & magno muta exuperante dolore.
Germanæ addiderat coniunx ſeſe ægra Cleophæ
Atq; oculos lachrymis hinc Maria Magdalæna
Suffuſa, hei omnes tundentes pectora palmis.
Chriſtus vbi charã luſtrabat ab arbore matrem,
Fouerat & ſummo Iuuenem quem ſemper amore?
Hanc ne tãtus edat dolor, & grauis opprimat æſtus,
Suſtulit, vt potuit, iam oculos in morte natantes,
Dilectam genitricem animi miſeratus, ab alto
Stipite dira ferens, fatur, miſerabilis Heros.
En genitrix (ſimul in iuuenẽ monſtrabat) alũnus
Hic tuus eſt (ſimul in matrẽ monſtrabat & ægrã)
En iuuenis genitrix hæc eſt tua; protinus illam,
Complexus Iuuenis dulci ardeſcebat amore.
At multi propè carpebant qui tramite greſſus,
Fœda venenoſis fundebant ſcommota linguis,
Sacra Dei pulchrè vah, vah, quam tecta reuellis,
Atq; ſacro poſt tres hæc erigis omine ſoles.
Hic ſi vera Dei, ſi non mentita propago eſt,
Deſiliat pinu confeſtim liber ab alta.
Nec minus illudunt, proceres, patreſq; ſacrati
Suſpenſo

Suſpenſo, in curas labefactum crimine diro
Irritant animum magis, & mage vocibus ægrum,
Quas aliјs vires ſuffecit, neſcit eaſdem.
Aut ſi progenies quam ſe mentitus olympi eſt,
Et ſi numen habet fortiſſimus arcta reſoluat
Vincula, nec tantos ferat hac ſub mole labores.
Nos quoq; vt & ſignis freti, credamus, iјſdem.
Eripuit letho qui plurima corpora quondam,
Mors quibus exuerat fragiles immiſſa per artus
Vitales auras: ſibi non potis eſt hic adeſſe.
Aut ſuperi, quibus eſt animo confiſus, iјdem
Si lubet exemptum ſoluant formidine pœnæ.

Parte alia Chriſtū fanda, atq; infanda ferentē
Stringebat miſer à læua qui parte luebat
Ob ſcelera, & tales dabat improbus ore loquelas,
Si tibi cæleſtis fors eſſet originis ortus,
Nunc tibi nunc nobis tantos auertere caſus
Fas foret, aut verè es, ſcandas, ſi Chriſtus, ab alta
Arbore, noſq; vnà crudelibus eripe pœnis.

Non tulit hoc alter dextra qui à parte luebat
Suppliciū, & moriens hæc verba nouiſſima dixit:
Non etiam non te ſummi mouet ira parentis
Et ſimili, & mecum letho mulctaris eodem,

Nos

Nos merito & meritas luimus pro crimine pœnas
Hic vero nihil eſt auſus, nil ipſe patrauit.
Hinc miſer ad Chriſtũ, & natũ conuerſus olympi
Talibus orabat: memor ò memor eſto rogatus
Chriſte mei, & dexter morienti protinus adſis,
Dulcibus alloquitur quem contra vocibus heros:
Gaudia tu mecum, atq; eadem tu regna capeſſes,
Atria quin alacri cœlorum concipe mente.
In Domini exequias medium vix pallidus orbẽ
Luſtrarat Phœbus, quando caput occulit aſtris,
Sidere ab æthereo inſolita intempeſta ruit nox,
Eripuitq; oculis lucem mortalibus omnem.
Ipſe etiam Titan radijs & luce coruſca
Exutus gnati caſum deflebat herilis,
Omnia torpebant afflicto Elementa Magiſtro.
Nona ſub aerijs ſonuit cum turribus hora
Aethereã Chriſtus patris reminiſcitur aulam.
Cum gemitu ingenti vocem extendebat in auras:
Cur pater extremis patientem dura periclis
Deſeris? vnde tibi iam chari ceßit alumni
Cura? ſed è contra non pauci dicta ſiniſtrè
Excipiunt Chriſti, & perſtant illudere verbis,
Eliam vocat. at ſummus iam nouerat Heros

Omnia

Omnia tranſacta, & finem iam nacta ſacrorum
Scripta virũ: potum extremũ, laticemq́; popoſcit,
Arida namq; artus ſitis exurebat anhelos.
Illi autem infecti miſcentes munera Bacchi
Felle, ſtatim admorunt ſitientis arundine labris,
Et ſimul inſultant, adduntq́; hæc crimina primis.
Nuncquid & Elias aderit, pœniſq́; ſolutum
Eximet: obtuſum poſtquam libarat acetum,
Veridici de me quicquid cecinere, peractum eſt,
Chriſtus ait, vates, altam & de pectore vocem
Hinc iterũ extendens, in verba nouiſsima rumpẽs
Hanc animam genitor dulciſsime ſuſcipe dixit,
Extremamq́; auram ponens caput expirauit.
Ecce autem ſubito ſacri velamina templi
In partes diſſecta duas rumpuntur, & omnis
Diſsilijt motu tellus, & viua ſecantur
Saxa, & ſe veterũ oſtendunt decora alta parentũ
Libera, multa etiam gelido ſublata ſopore
Corpora, mors quibus atra fuit iam miſſa per artus
Indutis ibant membris, vrniſq́; relictis,
Poſtquam victor ouans magnus ſurrexerat heros,
Per ſacram huc illuc tendebant greſsibus vrbem,
Sub vera effigie multis quoq; cernebantur.
Militia verò præſes, multiq́; videntes

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Quo clamore animam præſtans effunderet Heros,
Ingentemq́; ſoli motum, telluris hiatum.
Omnis ibi extemplo calor ima per oſſa recurit,
Arrectæ ſteteruntq́; comæ, & vox faucibus hæſit.
Hinc patris æterni ſobolem ſuper ætera tollunt
Talibus atq; alijs ſoluentes vocibus ora:
Hoc virtute fuit nemo, pietate nec alter
Maior, hic æterni eſt verè veriſsima proles
Patris. Sed reliqui luſtrantes funera Chriſti,
Pectora tundebant palmis, iter inde legebant
Adq; lares recto tendebant tramite cuncti.
Sed chari comites Chriſti, miteſq́; puellæ
Cuncta oculis veſtigabant, miſerandaq́; turba
Fœminei iuxta cœtus longo ordine ſtabat.
Turba quidem Chriſtum ſtudijs accita videndi
Venerat, huc & quæ Galilæis nuper ab oris,
Diua Dei genitrix, & Maria Magdalæna
Maria Iacobi & genitrix mæſtiſsima Ioſis,
Inde Zebedæi genitrix, & quotquot ab oris
Externis nuper ſtudijs Heroa videndi
Attulerat fama, ad Solymā & prouexerat vrbem.
Humida iam toto properabat ſidere Phœbe,
Corpora adhuc ſtabant inhumata, propinquaq́; le-
Sed ne luce ſacra, pendentia corpora truncis, (tho,

Lætæ ſolennem fœdarent vrbis honorem,
Primores adſunt Procerum, gentisq́; Pilatum
Rectorem affantur, quo ſtipite fixa refigant
Corpora, & iniecta tandem tumulentur arena.
Adſunt armati ſubitoq́; in monte miniſtri
Hinc atq; inde viris frangunt tabentia crura,
Et miſeris duros properant cum morte dolores.
Aſt vbi Rectorem vitæ, mortisq́; potentem
Fatalem clauſiſſe diem, videre miniſtri,
Abſtinuere viri, in caſſum nec lumine corpus
Sæuitum fuit vlterius: ſed proruit vnus,
Inſtitit & lateri longis haſtilibus almo,
Tranſadigens coſtas, & candida pectora rumpēs,
Vulnere quo verum eſt bicoloris fluminis inſtar
Et purum laticem, & rubrum exiliſſe cruorem.
Omnia qui vidit verê hæc, teſtatus ea ipſa eſt,
Nil fictum, nil mentitum nil prodidit vnquam
Abſimile à veris, dictis credatis vt ipſis,
Euenêre, ſacrum, nam talia, carmina vatum
Ne retrò caderent fictis repleta figuris.
Pallida non illi vos concuſſeretis oſſa,
Atq; iterum cernent, cuius ſanctū haſta cruorem
Ebiberit, cuius ruptum ſic vulnere pectus.
Heſperias feſſus Phœbus flectebat ad vndas,

Magnus Ioſephus veniens Arimathide ab ora,
Diues agri, diues veſtis, ditiſsimus auri,
Quo pietate prior nemo, virtute nec alter.
Inq; Senatorum numero non vltimus, omni
Tempore conſilijs procerum adſeruatus iniquis,
Ille magis vigili ſtudio, vigiliq; labore
Numina ſcrutatus Diuum, cæleſtia regna
Rimatus, Chriſto hærebat fidiſsimus vnus,
Delituit tamen ille metu perterritus acri:
Hic tandem gentis Rectorem acceſsit, & illum
Affatur placide, dictis & flectit amicis,
Vt Chriſti auferret magno pro munere corpus,
Mitteret exangue & terræ ſuccedere funus.
Pontius at properos obitus miratur, & illi
Scilicet edoctus tandem omnia præſide ab ipſo
Concedi iuſsit corpus lachrymabile Chriſti.
Hic ſeſe comitem iungit Nicodemus, & ipſe
Funere dilecti multum turbatus amici,
Hic Myrrhamq; affert Aloes & pondera centum.
Nec mora membra modis iam tum pallentia miris
Inuoluunt byſſo, fragranti & corpus odore
More palæſtino veſtitum, accingitur albis
Vndiq; iam tunicis, iuſto & dotatur honore.
Non locus ad Solymam ſurgit iucundior vrbem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Quam vicinus erat diris qui montibus illis,
Hic vbi dura tulit diſtentus in arbore Chriſtus,
Pulcher ibi pictis diſcretus floribus hortus
Perpetuo dulcem latè ſpirabat odorem.
In medio aſt horto viuo pulcherrima ſaxo
Diues Ioſephus curauerat arte ſepulchro
Incidi, ſpectata animo dum funera verſat,
Lurida nullius hoc ante hauſerat oſſa ſepulchrū.
Conditur hac heros igitur ſanctiſsimus vrna,
Nam pia iam feſtis properabant ſacra diebus,
Hortus & inter ſe, haud lignum feraleq́ multo
Diſtabant ſpacio, tumuloq́ accommodus hortus,
Tum vicinus erat, tum tanto dignus amico.
Ingens hinc ſaxum monumēti aduoluitur antro.
Multæ autem matreſq́ piæ, miteſq́ puellæ
Succedunt tumulo, & circū loca queſtibus implēt.
In primis genitrix Chriſti exanimata dolore,
Frigida, multa tacet ſaxoq́ ſimillima torpet.
Cunctaq́ veſtigant oculis, & lumine ſeruant.
Hinc Solymā gradibus tendunt æqualibus vrbē,
Atq́ vnguenta parant, reliqui ſolamem amoris.
Iamq́ videbatur diſcuſsis Lucifer vmbris,
Primores Procerum quando patreſq́ ſacrati
Romulidis parili tendunt ad limina greſſu,

Talibus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Talibus atq; alijs ſoluentes vocibus ora:
Hortator ſcelerum veſcens vitalibus auris
Fœdus adhuc, tribus exactis quod ſolibus auras
Vitales iterumq́; haurire, atq; æthere veſci
Vellet, & exutos aſſumere corporis artus,
Nouimus, in vulgus voces has ſpargeret amens,
Ergo age curato cingi cuſtodibus vrnam,
Ne ſocij eripiant exanguia membra ſepulchro,
Et repleant falſis totam rumoribus vrbem,
Surrexiſſe virum, & vitalem carpere lucem.
Pontius hæc contrà: ſaxum obſignate, manuq́;
Armata (ſimul hanc monſtrabat) cingite ſaxum,
Exemplo ſignant ſaxum, & cuſtode coronant.
Armatamq́; manum diſponunt marmora propter.

SOLI DEO GLORIA.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 20 [4,-173 8°]